

10
5 MC
17






Alia editio (perfecta copia hujus praes.) est Duaci 1603. ex offic. Baltazaris Beller, sub titulo:


"Historiae evangelicae unitas seu singularia vitae D. N. J. X. eo ordine, quo gesta fuerunt, recensita, et ipsis 4 Evglistar. verbis, ita ut quid singulor. proprium e[...]

SYNTAXIS
HISTORIÆ EVANGELICÆ,


In qua res Domini nostri Iesu Christi, quo ordine gestæ fuerant, ipsis quatuor Euangelistarum verbis ita partitè & distinctè collocatis, narrantur, ut quid singulorum proprium, quid duorum, pluriumúe, & quorum commune sit, sub aspectum Lectoris statim cadat:

Labore & industria Alani Copi Londinensis concinnata.









LOVANII,
Apud Iohannem Foulerum Anglum,
Sub Capite Deaurato.
M. D. LXXII.

CVM PRIVILEGIO.

AMPLISSIMO, CLARISSIMOQVE VIRO, VIGLIO ZVICHEMO
Alanus Copus
S. P. D.



CIO aliam esse & personæ tuæ dignitatem, & meritorum erga me tuorum magnitudinem, quàm vt vel ad illam bene conuenire, vel cum hac paria facere possit, operis istius, quatenus quidem in officina nostra tornatum est, dedicatio. Cui an nomen meum apponerem, dubius fortè mentis essem, si Ecclesiæ sacrosanctæ authoritas lege, ne id prætermittatur, sancientis me huc non commoueret. Nam tam longè absum ab omni doctrinæ vel ingenij laude hinc aucupãda, vt multò magis verear, ne in voculas hominum non indoctorum fortè, sed minus tamen candidè de aliorũ laboribus iudicantium, quòd in re (vt illis, non nisi sublimia & excelsa cogitantibus, videbitur) nimis parua, humili, trita operam posuerim: in qua si quid diligentiæ & iudicij, nihil certè ingenij aut eruditionis ostenditur.

De quo vt non operæpretium esse duco contendere, nec illis suam verborum pompam, & magnificum rerum apparatum (si, quem præseferũt, habent) inuidere: ita æquum fore existimo, vt ipsi quoq; nobis permittant, in humilioribus (quemadmodum ipsis appellare lubet) studijs, modò vtilibus & honestis, nostro arbitratu versari. Quamuis enim illi aquilarum instar in sublime volitantium non capiant muscas, & altitudine montium delectati, conualles aspernentur: muscæ tamen interdum capiuntur non intempestiuè, & valles abundantes frumento coluntur non infructuosè.

Cæterùm hæc sic dicta minimè existimari velim, perinde atq; argumentum huius libri non sit per se dignissimum, in quo explicando exornandoq; vt quisq; animi celsitate, ingenij viribus, scientia rerum, honoris prærogatiua, & morum probitate maximè eminet, ita debeat labora-

re & sudare maximè. Nam si personæ eius Maiestatem respicias, cuius vita hic describitur: an non ipse Deus est, æternus æterni Dei Filius, sapientissimus mundi Fabricator & Rector, idemq́ benignissimus humani generis instaurator, & Redemptor. Si rerum gestarum magnitudinē, nónne omnia hominum & cælitum acta infinitis partibus superaxit? Si doctrinæ excellentiam, quid vniuersæ Philosophorum scholæ cum hoc comparatæ aliud videntur, & reipsa etiam sunt, quàm meræ propemodū tenebræ & nugæ? Eloquentia verò, non illa Rhetorum fucata & calamistris inusta, sed vera & solida hic tanta cernitur, quantam neq. Demosthenes, neq. Cicero, neque si quis alius his forte fuit in arte Oratoria & dicendi exercitatione præstantior, vnquam mente concipere, nedum verbis exprimere potuit.

Hæc igitur si considerentur, nihil hic est, nisi plusquam humanum, cæleste, & diuinum. At si mea opella in transferendis illis ad maiorē aliqua ex parte studiosorum vtilitatem, in quæstionem veniat: ea fateor non magni admodum momenti est, sed eiusmodi tamen, vt ab æquis rerum æstimatoribus haud contemnenda, tantum abest, vt vituperanda videatur. Hanc autem visum est duas potissimùm ob causas Nomini tuo inscribere, tùm vt esset quantulumcunq. grati erga te animi mei testimoniū, tùm vt tuo patrocinio fulta, in publicum exiret cōmendatior.

Nam cùm tu sis inter præcipuos istis in locis doctorū hominū fautores & patronos, & ipse quidē longè doctissimus prudentissimusq́: quid poterit in tuo nomine apparere, quod idē non erit studiosis omnibus multò inde gratius & acceptius? Neq. verò me quicquā hinc deterruit vel libelli paruitas, vel dignitatis tuæ splendor. Cùm enim post paucos dies longè hinc absūdum mihi erit, malui leui lense hoc munusculum potius, quàm nullum, tibi offerre, in perpetuum singularis beneuolentiæ erga me tuæ, & meæ contrà in te obseruantiæ monumentum. Nec tu is es, qui soleas in officij colendi ratione metiri res pondere & magnitudine, sed eius à quo proficiscuntur, facultatibus & animo: aut in referenda gratia spectare, quid meritis tuis debeatur, sed quid præstare valeat, qui referendi habet voluntatem.

Dignitas

Dignitas verò tua licet maxima & amplissima, eaq; virtute parta: nunquam tamen mihi tanta visa est, vt non maiorem semper expertus fuerim humanitatem tuam. Cui si priores in hac causa detulerim, non est opinor cur quis me reprehensione dignum existimet.

Porrò si ratio habeatur ætatis tuæ ingrauescentis, & multiplicium grauissimarumq; occupationum tuarum, à quibus vix colligendi tui otiũ tibi relinquitur: Syntaxis hæc eatenus personæ tuæ conuenire, & ex vsu tuo esse poterit, quatenus leuamento molestiæ & laboris erit, qui in his, quæ ab Euangelistis dispersè dicta sunt, colligendis insumeretur.

Sed hæc fortasse pluribus quàm necesse sit: quicquid autem est quod præstiterim, id totum tuo permitto iudicio, vt de eo statuas, quemadmodum tibi videbitur. Nunc tempus est vt missum te faciam, quem nimis diu videor à grauioribus reipub. negotijs detinuisse. Sed prius tamẽ meo, & sacrarum virginum Mishagiensium nomine, gratias tibi agere debeo, quas ago habeoq; maximas, tùm de summa beneuolentia & benignitate erga me tua, tùm de immunitate tributi cuiusdam ad subleuandam virginum illarum inopiam amore Christi iam exulantium, tuo fauore & opera multò facilius impetrata.

Quantum igitur in nobis est, quia aliud præstare nihil possumus, salutem & Dignitatem tuam Deo cõmendare non prætermittemus, ardẽtissimis precibus orantes, vt cuius beneficia non præsenti ætate terminãtur, sed ad oẽm pertinebũt posteritatẽ, partim quidem ex libris eruditissimè conscriptis, partim verò, ex Collegio pietati & literis alendis augendisq; consecrato: eam velit ad Reipub. Christianæ vtilitatem, & bonorum solatium, quàm diutissimè saluum & incolumem conseruare.

 A.M.

Candido Lectori.



VLTI tam veteres, quàm recentiores, & illi quidem non parui nominis autbores, rem se facturos Theologiæ candidatis gratam cũ primis & vtilem opinati, ad concinnandam harmoniam Euangelicam operas suas contulerunt. Quanta autem ea res sit difficultatis, hinc licet perspicere, quòd nemo illorum hactenus potuerit consequi, & haud scio an quisquam in posterum consequetur, vt doctis hominibus & sacrarum literarum bene intelligentibus omni ex parte satisfaciat. Sed omnium tamen felicissimè meo quidem iudicio elaborauit in hoc genere, & ad veritatem proximè accessit Cornelius Iansenius Theologus Louaniensis, qui propter summam morum grauitatem, & exquisitam rerum diuinarum doctrinam, primus Gaudauensium Episcopus est creatus. quo in munere ita se gerit, vt maximam inde laudem consequatur.

Quem ego ducem in hac digerenda Syntaxi sequutus, nusquam ferè ab eius vestigijs deflexi, nisi vbi instituti mei ratio ab illius proposito diuersa hoc efflagitauit. Ille enim rem maioris ingenij, laboris, eruditionis, & iudicij aggressus, ex quatuor Euangelistis perpetua & continenti oratione vnum velut historiæ corpus contexuit, & ordine rerum gestarum seruato, quadraturam, vt ita dicam, historiæ Euangelicæ in circulum redegit, vnde coactus interdum fuit, sententias Euangelistarum diuidere, quasiq́; hemistichia hinc inde excerpta in locum suo instituto magis congruentem transferre. Ego contrà circulum hunc in quadraturam retexens, & suum cuique Euangelistæ, retento rerum ordine, reddens, in eiusmodi angustias non adigebar.

Deinde cùm mihi propositum esset, quid quisque Euangelistarum seorsim, quid cum alijs coniunctim de vita & doctrina Christi scripsisset, distinctè oculis legentium subijcere, vt quid cuiusque Euangelistæ proprium, quid duorum, pluriumue commune sit, primo statim aspectu deprehenderetur: necesse habui, Syntaxim nostram in plura capita, quàm ille Concordiam suam, partiri. Sed idem vtrobique ordo seruatur, cuius ille auctor, ego perpetuus ferè sectator fui. Vtrumque opus eòdem ferè spectat, sed illud maiorum vigiliarum plus facessit negotij, hoc leuioris operæ non minorem, opinor, Lectori afferet vtilitatem. Quam vt breuiore compendio, & ampliore mensura capias, hîc visum est eam tibi paucis indicare.

Quantum adiumenti afferat ad sacram Historiam intelligendam factorum, dictorumq́; ordo, & Euangelistarum inter se collatio eisdem de rebus verba facientium, nemo opinor est, nisi inops mentis, qui nesciat. Quorum vtrumque in hac Syntaxi tam plenè, si non fallor, & planè tibi exhibetur, vt nullibi fortasse neque plenius, neque planius.

Siue

Siue enim quis ad populum concionem habere, siue in scholis Euangelia publicè interpretari, siue eadem priuatim sibi legere voluerit: omnia hîc suo instituto conuenientia, sic in promptu ante oculos collocata inueniet, vt omni propè quærendi & conferendi labore illi supersedendum sit.

Quòd si velis singula seorsim Euangelia & integra quidem per se legere, vel vnum aliquod Caput cuiuslibet Euangelij tibi legendum proponere, aut partem denique illam alicuius Capitis, quæ Dominicis & alijs etiam diebus in Ecclesia, dum Sacrū celebratur, recitari solet; id facilè hoc ordine consequêris.

Pro primo & secundo recurrendum est ad Indicem, quo notatur, vbi singulorum Euangelistarum Capita in hac Syntaxi inueniantur. Et satis erit, obseruasse locum huius Syntaxis, in quo principium illius Euangelij vel Capitis, quod cupis perlegere, habetur. Nam cum illuc perueneris, numerus, cui asteriscus siue stellula præfigitur in fine cuiusque Capitis huius Syntaxeos, ad reliqua te rectà deducet. Verbi gratia: Lecturo historiam Euangelicam D. Matthæi occurret in præscripto Indice principium eius ex Capite Syntaxis sexto petendum: in cuius extremo numerus stellulæ postpositus remittet te ad septimum caput Syntaxis, vbi id, quod proximè sequitur, inuenies: & eodem modo progrediendum est à Capite ad Caput, quousque ad finē Euāgelij illius peruentum fuerit. Item si decimum sextum Caput eiusdem Euangelistæ cupias solùm percurrere, & cum alijs Euangelistis conferre, idem Index admonet, vertendum esse ad sexagesimum quartum, & numerus, cui asteriscus præponitur, indicat quod proximum est, petendum esse ex capite sexagesimo sexto.

Sciendum autem est, numeros illos, qui ante se stellulam habent tam in fine quàm in principio Capitum huius Syntaxis, vbicunque ponuntur, indices esse locorum eiusdem Euangelistæ proximè antecedentium vel subsequentium: ita vt superior numerus ad antecedentia, inferior ad consequentia semper referatur.

Sed ad inueniendam illam partem Euangeliorum, quæ vnoquoque die Dominico, aut alio quocunque Festo in templis decantari solet, proprius hic Index destinatus est. In quo secuti sumus eum Euangeliorum ordinem, qui in nouo Missali nuper est promulgatus.

Annotationes præterea nullas in Syntaxim adiecimus, quòd quæ ab optimo iam Antistite Iansenio in ratione Concordiæ suæ Euangelicæ conscriptæ sunt, eæ optimè in hanc conueniant. vt nihil interim dicam de amplissimis & doctissimis illius Commentarijs, qui iam in lucem prodierunt, vbi omnia huius instituti tam plenè cumulateq; explicantur, vt nihil eis addi posse videatur. Nolui igitur superuacaneè idem repetere, & actum (quod aiunt) agere.

Tertio verò loco indicem alium appofuimus, in quo & fingŭla ipfius Syntaxeos Capita ordine recenfentur, & eâdem opera Chrifti vita & res geftæ breui quafi compendio recapitulantur. Ex quo Lector & huius operis res quafque præcipuas facilè petere ac inuenire, & totius Hiftoriæ Euangelicæ breuem veluti fummam (etiam temporibus fuis ac annis diftinctam) tanquam ob oculos perfpicuè pofitam contemplari poterit.

Hunc igitur laborem noftrum, ftudia tua promouendi cauſa fumptum, æqui boniq́ (quifquis es) confule, & fi quam inde ceperis vtilitatem, Deo Opt. Max. gratias age, meamque, fi placet, falutem ei precibus tuis etiam atque etiam commenda.



INDEX, IN QVO SINGVLORVM EVANGELISTARVM CAPITA, *ordine, quo ab eis sunt conscripta, in hac Syntaxi reperiantur.*

CAPITA S. MATTHAEI.

ö Hero-

Caput

CAPITA S. MARCI.

FINIS S. MARCI.

CAPITA S. LVCÆ.

CAPITA S. IOHANNIS.

FINIS.

INDEX EVANGELIORVM DOMINICALIVM ET FESTORVM PER TOTVM ANNVM *ſecundùm Miſſale Nouum.*

In Festo S. Iohannis Apostoli & Euangelistæ.

Dixit Iesus Petro: Sequere me, &c. vsque: Sunt autem, Iohan. xxj. Synt. 166. pag. 122.

In Festo SS. Innocentium.

Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, &c. vsque: Defuncto autẽ Herode, Matth. ij. Synt. 11. pag. 14

In Festo S. Thomæ Episcopi & Martyris.

Dixit Iesus Pharisæis, Ego sum Pastor bonus, &c. vsque: Propterea me diligit Pater, Iohan. x. Synt. 82 pag. 117.

Dominica infra Octauam Natiuitatis.

Erant Ioseph & Maria mater Iesu, mirantes, &c. vsque: Et ibant parentes, Luc. ij, Synt. 10. & 12. pag. 13. & 15.

De Octaua Natiuitatis Domini.

Pastores loquebantur ad inuicem, Transeamus vsque Bethleem, &c. vsque: Et postquàm consummati, Lucæ ij. synt. 8. pag. 11

In die S. Siluestri Papæ & Martyris.

Dixit Iesus Discipulis suis, Sint lumbi vestri pręcincti, &c. vsq; Ait autem ei Petrus, Lucæ xij. synt. 90. pag. 126.

In die Circumcisionis Domini.

Postquàm cõsummati sunt dies octo &c. vsque: Et postquam impleti sunt, Lucę ij. Synt. 8. pag. 11

In Vigilia Epiphaniæ.

Defuncto Herode, ecce Angelus Domini, &c. vsq; ad finem, Matth. ij Synt. 11. pag. 15

In Epiphania Domini.

Cùm natus esset Iesus in Bethleem, &c. vsque: Qui cùm recessissent Matth. ij. Synt. 9. pag. 12

Dominica infra Octauam Epiphaniæ.

Cum factus esset Iesus annorũ duodecim, &c. vsque ad finem Capitis Lucæ ij. Synt. 12. pag. 15

In octaua Epiphaniæ.

Vidit Iohannes Iesum venientem ad se, &c. vsque: Altera die, Iohan. j synt. 16. pag. 22

Dominica Secunda post Epiphaniam.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ, &c. vsque: Post hoc descendit, Iohan. ij. Synt. 18. pag. 24.

Dominica Tertia post Epiphaniam.

Cùm descendisset Iesus de monte, &c. vsque: Et cùm venisset Iesus, Matth. viij, Synt. 44. & 45. pag. 61 & 62.

Dominica 4. post Epiphaniam.

Ascendente Iesu in nauiculá, &c. vsque: Et cùm venisset, Matthæi, viij Synt. 30. pag. 37.

Dominica Quinta post Epiphaniam.

Dixit Iesus Discipulis suis parabolã hanc: Simile factum est regnum cęlorum homini, &c. vsque: Aliam parabolam proposuit, Matth. xiij, Synt. 52. pag. 74.

Dominica Sexta post Epiphaniam.

Dixit Iesus turbis parabolam hanc: Simile est regnum cælorum grano sinapis, &c. vsque: Tunc dimissis turbis, Matth. xiij. Synt. 52 pag. 74.

Feria

Feria Sexta.

Dixit Iesus turbis Iudæorum parabolam hanc: Homo quidam erat paterfamiliâs &c. vsque ad finem. Matthæi 21. synt.117.pag.161

Sabbato.

Dixit Iesus Pharisęis parabolá hanc, Homo quidam habuit duos filios. vsq; ad finé. Lucę 15 synt.97.p.134

Dominica 3. in Quadrag.

Erat Iesus eijciés dæmoniú, &c. vsq; Turbis auté concurrentibus, Lucæ 11. synt 49.& 50. p.67.& 70

Feria Secunda.

Dixerunt Pharisęi ad Iesum, Quanta audiuimus facta in Capharnaum, &c. vsque: Et descendit in Capharnaum, Lucæ 4. synt.54.pag.77

Feria Tertia.

Dixit Iesus Discipulis suis, Si peccauerit in te frater tuus, &c. vsque Ideo assimilatum est, Matthęi 18. Synt.73.pag.103.

Feria Quarta.

Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis, &c. vsque: Et egressus inde, Matthæi 15. Synt.60.pag.89

Feria Quinta.

Surgés Iesus de Synagoga, introiuit in domum Simonis, &c. vsque ad finem, Lucæ 4. Synt.28.pag.35

Feria Sexta.

Venit Iesus in Ciuitatem Samariæ, &c. vsque: Post duos autem dies, Iohannis 4. Synt.23.pag.29

Sabbato.

Perrexit Iesus in montem Olíueti, &c. vsq; Iterum ergo locutus est, Iohannis 8. synt.79.pag.110

Dominica 4. in Quadrag.

Abijt Iesus trans mare Galilęæ, &c. vsq; Vt autem seró factum est, Iohannis 6. synt.57.58.pa.82.& 84

Feria Secunda.

Propè erat Pascha Iudæorum, & ascendit, &c. vsq; ad finem, Iohannis 2. Synt.19.pag.25

Feria Tertia.

Iam die festo mediante &c. vsque: Et dicebant, Christus, Iohánis 7. Synt.78.pag.107

Feria Quarta.

Præteriens Iesus, vidit hominé, &c. vsque: Et prócidés adorauit eum, Iohanuis 9. Synt.81.pag.114

Feria Quinta.

Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim, &c. vsque: Et exijt hic sermo, Lucæ 7. Synt.46.pag.63

Feria Sexta.

Erat quidam languens Lazarus, &c. vsque: Quidam autem ex ipsis, Iohannis 11. synt.105.pag.145

Sabbato.

Dicebat Iesus turbis Iudęorum, Ego sum lux mundi, &c. vsque: Dixit ergo iterum, Iohannis 8. Synt.80. pag.110

Dominica de Passione.

Dicebat Iesus turbis Iudæorum & Principibus Sacerdotum, Quis ex vobis arguet me &c. vsque ad finem, Iohan.viij. Synt.80.pag.113

Feria secunda.

Miserunt Principes & Pharisæi ministros, &c. vsque: Nondum enim erat, Iohan.vij. Synt.78. pag.108

Dominica Secunda post Pascha.

Dixit Iesus Pharisæis, Ego sum Pastor bonus,&c. vsque: Propterea me diligit Pater, Iohan.x, Synt.82 pag.117.

Dominica Tertia post Pascha.

Dixit Iesus Discipulis suis, Modicū & iam,&c. vsque : Et in illo die, Iohan.16. Synt.140.pag.191

Dominica Quarta post Pascha.

Dixit Iesus Discipulis suis, Vado ad eum,&c. vsque: Omnia quęcunq; habet, Iohan.xvj.Synt.140. pa.191

Dominica Quinta post Pascha.

Dixit Iesus Discipulis suis, Amen, amen, dico vobis, si quid petieritis Patrem,&c. vsque: Respondit eis Iesus, Iohan.xvj.Synt.140.pa.192

In diebus Rogationum.

Dixit Iesus Discipulis suis, Quis vestrûm habebit amicum, &c. vsque Et erat eijciens dęmonium, Luc.11 Synt.86.pag.121.

In Vigilia Ascensionis.

Subleuatis Iesus oculis,&c. vsq; Pater sancte, serua, Iohannis xvij. Synt.141.pag.193.

In die Ascensionis.

Recumbentibus vndecim Discipulis &c. vsque ad finem. Marci xvj. Synt.164.167.169.pa.219.223.224.

Dominica infra Octauam Ascensionis.

Dixit Iesus Discipulis suis, Cùm venerit Paracletus,&c. vsque : Hæc autem vobis ab initio . Iohan. xv. & 16.Synt.139.140.pag.190. & 191

In Vigilia Pentecostes.

Dixit Iesus Discipulis suis, Si diligitis me &c. vsque : Dicit ei Iudas. Iohan.14. Synt.138.pag.188

Dominica Pentecostes.

Dixit Iesus Discipulis suis, Si quis diligit me, &c. vsque : Surgite, eamus hinc, Iohā.xiiij.syn.138.p.188

Feria Secunda.

Dixit Iesus Nicodemo, Sic Deus dilexit mundum,&c. vsque: Posthęc venit, Iohannis iij.syn.20.pag.26

Feria Tertia.

Dixit Iesus Pharisæis : Amen, amen dico vobis, qui non intrat, &c. vsq; Ego sum Pastor bonus, Iohan. x. Synt.82.pag.116.

Feria Quarta.

Dixit Iesus turbis Iudęorū, Nemo potest venire ad me,&c. vsq; Litigabāt ergo Iudæi. Iohan.vj.Syn.59.p.87

Feria Quinta.

Conuocatis Iesus duodecim Apostolis, &c. vsque: Audiuit autem Herodes, Luc.ix. Synt.55.pag.78

Feria Sexta.

Factū est in vna dierū, &c. vsque: Et post hęc exijt Lucę v. synt.32.p.40

Sabbato.

Surgens Iesus de Synagoga, &c. vsque ad finē. Lucę iiij. Syn.28.p.35

In Festo S. Trinitatis.

Dixit Iesus Discipulis suis, Data est mihi omnis potestas,&c. vsque ad finē. Matth.xxviij.Synt.167.p.223

Dominica prima post Pentecosten.

Dixit Iesus discipulis suis, Estote misericordes,&c vsque: Nō est enim arbor, Luc.vj. syn.40.43. p.55.58

In Solennitate sacratiss. Corporis Christi.

Dixit Iesus turbis Iudęorū, Caro mea verè est cibus,&c. vsq; Hęc dixit in Synagoga, Iohānis vj.syn.59.p.88

Dominica xix. post Pentecost.
Loquebatur Iesus principibus sacerdotũ & Pharisæis in parabolis, dicens, simile factũ est &c. vsq; Tunc abeũtes, Matthęi 22. syn. 118. p. 163

Dominica 20. post pentecost.
Erat quidam regulus &c. vsq; : Hoc iterum secundum, Iohannis 4. Synt. 24. pag. 32.

Dominica 21. post pentecost.
Assimilatum est regnum cælorum homini regi, &c. vsque ad finẽ, Matthæi 18. Synt. 73. pag. 104

Dominica 22. post Pentecosten.
Abeuntes Pharisæi consilium inierunt, &c. vsque: Et audientes, mirati sunt, Matth. 22. synt. 119. p. 164

Dominica 23. post Pentecost.
Loquente Iesu ad turbas, ecce princeps, &c. vsque: Et transeunte inde, Matthæi 9. synt. 34. pag. 43

Dominica 24. siue vltima post Pentecosten.
Cùm videritis abominationem, &c. vsque: De die autem illa, Matthęi 24. Synt. 125. 126. pag. 127. &c.

DE SANCTIS.

In Vigilia S. Andreæ Apostoli.
STabat Iohannes &c. vsque ad finem, Iohannis 1. Syn. 17. p. 23

In Festo S. Andreæ apostoli.
Ambulans Iesus iuxta mare Galilæę &c. vsque: Et circuibat Iesus, Matthæi 4. Synt. 26. pag. 33

In Festo S. Thomæ, Apostoli.
Thomas vnus de duodecim &c. vsq;: Multa quidem & alia, Iohannis 20 Synt. 165. pag. 220

In Festo Cathedræ S. Petri.
Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi, &c. vsq; Tum præcepit, Matthæi 16. Synt. 66. pag. 95

In Conuersione S. Pauli Apostoli.
Dixit Simon Petrus ad Iesum, Ecce nos reliquimus omnia, &c. vsq; ad finem, Matth. 19. Syn. 103, p. 143

In Purificatione B. Mariæ.
Postquam impleti sunt dies purificationis &c. vsque: Et erat pater eius Lucæ 2. Synt. 10. pag. 13

In Festo S. Agathæ Virg. & Mart.
Accesserunt ad Iesum Pharisęi tentãtes eũ, &c. vsq; Tunc oblati sunt ei, Matthæi 19. Synt. 99. pag. 137

In Festo S. Matthiæ apostoli.
Respondens Iesus, dixit, Confiteor tibi Pater, &c. vsq; ad finem, Matthæi 11. Synt. 47. pag. 65

In Festo Annuntiationis B. Mariæ Virg.
Missus est Angel' Gabriel à Deo, &c. vsq; : Et discessit, Lucę 1, syn. 3. p. 3

In Festo S. Marci Euangelistæ.
Designauit Dominus & alios septuaginta, &c. vsque. In quãcuque autem, Lucæ 10. Synt. 83. pag. 118

In festo SS. Apostolorũ Philippi & Iacobi.
Nõ turbetur cor vestrũ &c. vsq; Si diligitis me, Iohan. 14. syn. 138. p. 187

In Festo S. Athanasii Episc. & Confess.
Cum persequentur vos in ciuitate ista, &c. vsque: Nónne duo passeres, Matthæi 10. synt. 55. pag. 79

In Festo Inuentionis S. Crucis.
Erat homo ex Pharisęis, Nicodemus &c. vsque: Sic enim Deus, Iohannis 3. synt. 20. pag. 26

FINIS.

INDEX OMNIUM huius Syntaxeos Capitum, In quo & res quaeq; praecipuae facilè inuestigandae ostenduntur, & tota Historia Euangelica breui quasi Compendio partibus suis Annisq; distincta, ob oculos proponitur.

Prima Historiae Euangelicae pars continet ea, quae ad Christi infantiam & pueritiam pertinent, à Capite Syntaxeos primo vsque ad finem duodecimi.

 6. CHRI-

Secunda Historiæ Euangelicæ pars continet acta Christi, ab eius Baptismo vsq; ad secundum Pascha, hoc est, acta vnius anni, & aliquot mensium, à Capite Syntaxeos decimotertio, vsque ad finem Trigesimi quinti.

Caput 13.

Tertia pars continet acta Christi a secundo Paschate, vsque ad tertium, hoc est, acta anni secundi prædicationis eius, à Cap. Synt. tricesimo sexto, vsque ad finem Quinquagesimi noni.

Quarta Historiæ Euangelicæ pars, continet acta tertij Anni vsque ad Lazari resuscitationem, à Cap. Synt. Sexagesimo, vsque ad finem Centesimi quarti.

Quinta & vltima Historiæ Euangelicæ pars continet Acta Christi, à Lazari resuscitatione, vsque ad Christi Ascensionem, à Cap. Centesimo quinto vsque ad Syntaxeos finem.

Caput 105.

FINIS.

SYNTAXIS
HISTORIAE EVANGELICAE,

In qua Domini Nostri Jesu Christi res gestæ ordine narrantur, ipsis Quatuor Euangelistarum verbis ità partitè & distinctè collocatis, vt quid singulorum proprium, quid duorum, pluriúmve, & quorum commune sit, sub aspectum Lectoris statim cadat.

CAPVT I. *Christi Natiuitas ab æterno, cum Præfatione ex D. Luca.*

S. Matthæus.

S. Marcus.

SANCTVM IESV CHRISTI *Euangelium secundum Lucam.*

CAP. I.



VONIAM QVIDEM multi conati sunt ordinare narrationē quæ in nobis completæ sunt rerum, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderũt, & ministri fuerunt sermonis: visum est & mihi assequuto omnia à principio diligenter, ex ordine tibi scribere optime Theophile, vt cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem. *2

SANCTVM IESV CHRISTI *Euangeliũ secundum Iohannem.*

CAP. I.



N PRINcipio erat Verbum, & Verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deũ. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil quod factum est: in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. *13

*CAP. 2. Angelus Gabriel Zachariæ nunciat filium nasciturum, Meßiæ præcursorem, eumq́ue concipit Elizabeth. Luc. 1. * Pref.*

S. Matthaeus.	*S. Marcus.*		*S. Iohannes.*
		FVit in diebus Herodis regis Iudeę Sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron, & nomẽ eius Elisabeth. Erãt aũt iusti ambo ante Deũ, incedẽtes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela, & non erat illis filius: eò quòd esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem: cùm sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum, secundùm consuetudinem sacerdotij, forte exijt vt incensum poneret ingressus in templum Domini. & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, videns: & timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Iohannem: & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. erit enim magnus coram Domino: & vinum & siceram non bibet: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. & multos filiorum Israël conuertet ad Dominum Deum ipsorum. & ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Elię: vt cõuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem	

S. Matthaeus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelũ: vndè hoc sciã? ego enim sum senex: & vxor mea processit in diebus suis. Et respõdens angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui asto ante Deũ: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare Et ecce, eris tacens, & nõ poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant: pro eo quòd nõ credidisti verbis meis, quæ implebũtur in tẽpore suo. Et erat plebs expectãs Zachariã: & mirabãtur quòd tardaret ipse in tẽplo Egressus aũt non poterat loqui ad illos, & cognouerunt quòd visionẽ vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, & permãsit mutus. Et factũ est: vt impleti sunt dies officij eius, abijt in domum suam. post hos aũt dies concepit Elisabeth vxor eius, & occultabat se mensibus quinq;, dicens, Quia sic fecit mihi Dominus in diebus quibus respexit auferre opprobriũ meum inter homines. *3.	

CAP. 3. *Gabriele nuncio concipitur in vtero Virginis Filius Dei.*
*Luca Cap. 1. *2. Iohã. *14. *13.*

S. Matthaeus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		IN mẽse aũt sexto, missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatẽ Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginẽ desponsatam viro, cui nomẽ erat Ioseph, de domo Dauid, & nomẽ virginis Maria. Et ingressus angelus ad eã dixit, Aue gratia plena, Dominus tecũ: benedicta tu in mulieribus Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei, Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiã apud Deũ. ecce cõcipies in vtero, & paries filiũ: & vocabis nomẽ eius Iesũ. hic	

S. Matthaeus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		erit magnus, & filius altiſsimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedē Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelũ, Quomodo fiet iſtud: quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens Angelus, dixit ei, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua: & hic menſis, ſextus eſt illi quæ vocatur ſterilis: quia nō erit impoſsibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbũ tuum. Et diſceſsit ab illa Angelus. *4.	Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem veniētem in hunc mundum. in mundo erat, & mũdus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis (& vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis. *16.

CAP. 4 *Maria prægnans visitat Elizabetham, & magnificat Dominum. Lucæ Cap. 1. 13.*

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
		Exurgens autem Maria in diebus illis, abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius, & repleta est Spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus vẽtris tui. Et vndè hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. & beata quæ credidit, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt ei à Domino. Et ait Maria:	
		Magnificat anima mea Dominum, Et exultauit spiritus meo in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suę, Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis; & diuites dimisit inanes.	

S. Matthaeus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		Suſcepit Iſraël puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ, Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſemini eius in ſecula. Manſit autem Maria cū illa quaſi menſibus tribus: & reuerſa eſt in domum ſuam. *5.	

CAP. 5. Naſcitur Ioannes Baptiſta, & præputium ei amputatur. Zacharias pater eius, vinculo linguæ ſuæ ſoluto, Deum laudat.
Lucæ Cap. 1. *4.

S. Matthaeus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		ELiſabeth aũt impletũ eſt tẽpus pariẽdi: & peperit filiũ. Et audierũt vicini & cognati eius, quia magnificauit Dominus miſericordiã ſuam cũ illa, & cõgratulabãtur ei. Et factũ eſt in die octauo venerũt circũcidere puerũ, & vocabant eũ nomine patris ſui Zachariam. Et reſpondens mater eius, dixit, Nequaquã, ſed vocabitur Iohannes. Et dixerũt ad illã, Quia nemo eſt in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant aũt patri eius, quem vellet vocari eũ. Et poſtulãs pugillarem, ſcripſit, dicens, Iohannes eſt nomẽ eius. Et mirati ſunt vniuerſi. Apertũ eſt aũt ilico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. Et factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorũ: & ſuper omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc, & poſuerũt omnes qui audierãt in corde ſuo, dicentes, Quis, putas, puer iſte erit? Etenim manus Domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus eſt Spiritu ſancto, & prophetauit, dicens,	

Bene-

S. Iohannes.	S. Lucas.	S. Marcus.	S. Matthæus

Benedictus Dominus Deus Iſraël, quia viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ.
Et erexit cornu ſalutis nobis, in domo Dauid pueri ſui.
Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſeculo ſunt Prophetarum eius.
Salutem ex inimicis noſtris, & de manu omnium qui oderunt nos.
Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti.
Iuſiurandũ quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum, daturum ſe nobis.
Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi
In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo, omnibus diebus noſtris.
Et tu puer, propheta Altiſsimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius.
Ad dandã ſciẽtiam ſalutis plebi eius, in remiſsionem peccatorum eorum,
Per viſcera miſericordię Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto,
Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.
Puer autem creſcebat, & confortabatur ſpiritu, & erat in deſertis vſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſraël. * ℵ.

CAP. 6.

CAP. 6. Genealogia CHRISTI.

	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MATTHAEVM.			

CAPVT 1.



IBER GENERAtionis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid regem. Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vrię. Salomon autem genuit Roboam. Roboam aūt genuit Abiam. Abia autem genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat. autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam.

S. Matthaus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
choniam & fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel aũt genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc aũt genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus qui vocatur Christus. Omnes itaque generationes ab Abraham vsque ad Dauid, generationes quatuordecim. & à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim. & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, generationes quatuordecim. *7.			

CAP. 7. *Ioseph per quietem admonetur ab Angelo, ne Mariam coniugem suam è Spiritu sancto grauidam, repudiet. Matth. Cap. 1. * 6.*

S. Matthaus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
CHRISTI autem generatio sic erat. Cùm esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. Ioseph aũt vir eius cùm esset iustus, & nollet eam traducere: voluit occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est.			

eſt. pariet autem filium: & vocabis nomen eius Ieſum ipſe enim ſaluum faciet populũ ſuum à peccatis eorũ.(Hoc aũt totũ factũ eſt, vt adimpleretur quod dictũ eſt à Domino per Prophetam dicentem, Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filiũ: & vocabũt nomẽ eius Emmanuel, quod eſt interpretatũ Nobiſcũ Deus.) Exurgens aũt Ioſeph à ſomno, fecit ſicut præcepit ei angelus Domini, & accepit coniugem ſuã. Et nõ cognoſcebat eam donec peperit filiũ ſuũ primogenitum: & vocauit nomen eius Ieſum. *9.	*S. Marcus.*	S. *Lucas.*	*S. Iohannes.*

CAP.8. *Chriſtus In Beth-léhem naſcitur, paſtoribus per Angelos reuelatur, & octauo poſt ortum die circumciditur. Luc. Cap.2.* *5.

S. Matthaus.	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
		FActum eſt aũt, in diebus illis exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hæc deſcriptio prima, facta eſt à prǽſide Syriæ Cyrino. Et ibant omnes vt profiterentur, ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit aũt & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudęam, ciuitatem Dauid, quæ vocatur Beth-léhem: eò quòd eſſet de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante. Factum eſt autem, cùm eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret. Et peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eũ in præſepio: quia nõ erat eis locus in diuerſorio. Et paſtores erant in regione eadem vigilantes, & cuſtodien-	

S. Matthaeus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		dictes vigilias noctis super gregẽ suum. Et ecce angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circunfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus, Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudiũ magnũ, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum, Inuenietis infantem pãnis inuolutum, & positum in præsepio. Et subitò facta est cum angelo multitudo militię cælestis, laudantium Deum, & dicentium, Gloria in altissimis Deo: & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in cælum, pastores loquebantur adinuicem: Transeamus vsque Beth-lèhem, & videamus hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierũt, mirati sunt, & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierát, & viderant sicut dictum est ad illos. Et postquàm consummati sunt dies octo vt circuncideretur puer: vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatũ est ab Angelo prius quàm in vtero conciperetur. *10.	

CAP. 9. Aduentus Magorum, adoratio, & oblatio.

*Matth. Cap. 2. *7.*

Matth.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
CVM ergo natus esset Iesus in Beth-lêhē Iudæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Ierosolymam, dicentes, Vbi est qui natus est rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotū & Scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, In Beth-lêhem Iudæ. Sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Beth-lêhem terra Iuda, nequaquā minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux qui regat populū meū Israël. Tunc Herodes clàm vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis, & mittens illos in Beth-lêhem, dixit, Ite, & interrogate diligenter de puero, & cùm inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Qui cùm audissent regem, abierunt, & ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos, vsquedum veniens staret suprà, vbi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cū Maria matre eius. & procidētes adorauerūt eū, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurū, thus, & myrrham. Et respōso accepto in somnis ne redirēt ad Herodem, per aliā viam reuersi sunt in regionem suam. *11.			

CAP. 10.

CAP. 10. *Christus in Templum apportatus Domino sistitur, ibiq; à Simeone & Anna agnoscitur. Lucæ Cap. 11. *8.*

S. Matthaeus.	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
		ET postquam impleti sunt dies purgationis eius secundùm legem Moysi, tulerũt illũ in Ierusalẽ, vt sisterent eum Domino, (sicut scriptum est in lege Domini. Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur.) & vt darent hostiã, secundùm quod dictũ est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce, homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectãs consolationem Israël, & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritu sancto, nõ visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cùm inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundùm consuetudinẽ legis pro eo, & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deũ, & dixit, Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundùm verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei, Salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël. Et erat pater eius & mater mirãtes super his quæ dicebãtur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius, Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionẽ multorum	

S. Matthæus.	S. Marcus.		S. Iohannes.
		in Israel, & in signum cui cõtradicetur, (& tuam ipsius animam pertrãsibit gladius) vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cũ viro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua vsque ad annos octoginta quatuor: quę nõ discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiẽs nocte ac die. Et hæc, ipsa hora superueniens confitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israël. * 12.	

*CAP. II. Ioseph ab Angelo admonitus, primum fugit cum Christo & Maria in Aegyptum, deinde illinc reuertitur. Matth. Cap 2. * 9.*

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
QVI cùm recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicẽs, Surge, & accipe puerũ & matrẽ eius, & fuge in Ægyptũ, & esto ibi vsq; dum dicã tibi. Futurũ est enĩ vt Herodes quęrat puerum ad perdẽdum eũ. Qui consurgens accepit puerũ & matrẽ eius nocte: & secessit in Ægyptũ. Et erat ibi vsq; ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictũ est à Domino per Prophetã dicentem, Ex Ægypto vocaui filiũ meũ. Tũc Herodes vidẽs quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde: & mittẽs occidit omnes pueros qui erãt in Beth-lẽhem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà, secundùm tẽpus quod exquisierat à Magis. Tũc adimpletũ est quod dictum est per Ieremiã Prophetã, dicentem,			

	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
tem, Vox in Rama audita eſt, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorãs filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt. Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph in Ægypto, dicẽs, Surge, & accipe puerũ & matrẽ eius, & vade in terram Iſraël. defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri. qui cõſurgens, accepit puerum & matrẽ eius, & vẽnit in terrã Iſraël. Audiẽs aũt quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo, timuit illò ire: & admonitus in ſomnis, ſeceſsit in partes Galileę. Et veniẽs habitauit in ciuitate quę vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur. * 13.			

CAP. 12. *IESVS duodecim annos natus diſputat in Templo, vbi à parentibus quæſitus, poſt triduum inuenitur, & illis morigerus Nazareth reuertitur. Luc. Cap. 2. * 10.*

S. Matthæus	S. Marcus.		S. Iohannes.
		ET vt perfecerũt omnia ſecundùm legẽ Domini, reuerſi ſunt in Galilęam, in ciuitatẽ ſuã Nazareth. Puer aũt creſcebat, & cõfortabatur plenus ſapiẽtia, & gratia Dei erat in illo. Et ibãt parẽtes eius per omnes annos in Ieruſalẽ, in die ſolẽni Paſchę. Et cùm factus eſſet annorũ duodecim, aſcendẽtibus illis in Ieroſolymã ſecundùm conſuetudinẽ diei feſti, cõſummatiſq; diebus cùm redirẽt, remanſit puer Ieſus in Ieruſalem, & nõ cognouerunt parẽtes eius. Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu, venerũt iter diei, & requirebãt eum inter cognatos & notos. Et	

S. Matthaeus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		Et non inuenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. Et factum est, post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum, Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos, Quid est quòd me quærebatis? nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hęc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines. *13.	

CAP. 13. *Iohannis Baptistæ prædicatio, & baptismus in deserto.*
Matth. Cap. 3. * 11. *Luc. Cap. 3.* *12. *Iohan. 1.* *1.

S. Matthaeus.	S. Marcus	S. Lucas.	S. Iohannes.
IN diebus autem illis venit Iohannes Baptista prædicans in deserto Iudęę, & dicẽs, Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Hic est enim qui dictus est per Isaiam prophetam, dicentem, Vox claman-	SANCTVM IESV *Christi Euangelium secundùm Marcum.* CAPVT I.  INItium Euãgelij Iesu Christi filij Dei. Sicut scriptum est in	ANNO autem quinto decimo imperij Tyberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, &	Fuit homo missus à Deo, cui nomẽ erat Iohannes. Hic vênit in testimonium: vt testi-

S. Matthæus.

tis in deſerto, Parate viá Domini, rectas facite ſemitas eius. Ipſe autē Iohannes habebat veſtimētum de pilis camelorū, & zoná pelliceá circa lumbos ſuos: eſca aūt eius erat locuſtæ & mel ſylueſtre. Túc exibat ad eum Ieroſolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanē, & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua. Videns autem multos Phariſæorū & Saducæorum venientes ad baptiſmum ſuū, dixit eis, Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructū dignū pœnitētię. Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. dico enim vobis, quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam enim ſecuris ad radicem arborū poſita eſt. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructū bonum, excidētur, & in ignem mittetur. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam. qui autem poſt me vēturus eſt (for-

S. Marcus.

Iſaia Propheta, (Ecce ego mitto angelum meum ante faciē tuam, qui præparabit viam tuam ante te.) Vox clamantis in deſerto, Parate viá Domini, rectas facite ſemitas eius. Fuit Iohannes in deſerto baptizans, & prædicās baptiſmum pœnitētiæ in remiſſionē peccatorū. Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Ieroſolymitæ vniuerſi: & baptizabátur ab illo in Iordanis flumine cō

S. Lucas.

Lyſania Abiline Tetrarcha, ſub principibus ſacerdotū Anna & Caipha: factū eſt verbū Domini ſuper Iohannē Zachariæ filiū, in deſerto. Et venit in omnem regionē Iordanis, prędicās baptiſmū pœnitētiæ in remiſsionē peccatorū: ſicut ſcriptū eſt in libro ſermonū Iſaię Prophetæ: Vox clamātis in deſerto: Parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius. Omnis vallis implebitur & omnis mōs & collis humiliabitur. & erunt praua in directa & aſpera in vias planas, & videbit omnis caro ſalutare Dei. Dicebat ergo ad turbas quæ exibāt vt baptizentur ab ipſo, Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ & ne cœperitis dicere, Patrē habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor nō faciens fructum bonum, excidētur, & in

S. Iohannes.

teſtimoniū perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Nō erat ille lux: ſed vt teſtimoniū perhiberet de lumine.

* 3.

S. Matthæus.

tior me est, cuius non sum dignus calceamēta portare, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit areā suā: & congregabit triticū suū in horreum, paleas autē comburet igni inextinguibili. *114.

S. Marcus.

fitētes peccata sua. Et erat Iohānes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius: & locustas & mel syluestre edebat. Et prędicabat dicens, Venit fortior me post me: cuius nō sum dignus ꝓcumbēs soluere corrigiā calceamentorum eius. Ego baptizaui vos aqua: ille verò baptizabit vos Spiritu sancto. *14.

S. Lucas.

& in ignem mittetur. Et interrogabant eum turbæ, dicentes, Quid ergo faciemus? Respondens autem, dicebat illis, Qui habet duas tunicas, det nō habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Venerunt autem & publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum, Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos, Nihil amplius quàm quod constitutum est vobis, faciatis. Interrogabant autem eum & milites, dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminem concutiatis, neq; calumniā faciatis: & contenti estote stipendijs vestris. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Iohanne, ne fortè ipse esset Christus: respondit Iohannes, dicēs omnibus, Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem fortior me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni. cuius vētilabrum in manu eius, & purgabit aream suam: & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo. *22.

CAP. 14.

S. Iohannes.

CAP. 14. *Baptizatur à Iohanne Christus, eiusq; genealogia in Deum vsque retexitur: cuius Filius cælesti testimonio declaratur.*
*Matth 3. * 13. Mar 1.*13. Luc. 3.*22.*

S. Matthæus.

TVnc venit Iesus à Galilęa in Iordanem, ad Iohannem, vt baptizaretur ab eo. Iohannes autem prohibebat eum, dicēs, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me. Respōdēs aūt Iesus, dixit ei, Sine modò: sic enim decet nos īplere omnem iustitiā. Tūc dimisit eū. Baptizatus autē Iesus, cō festim ascē dit de aqua & ecce aperti sunt ei cęli: & vidit Spiritū Dei descendentem si-

S. Marcus.

ET factū est: in diebus illis venit Iesus à Nazareth Galilææ: & baptizatus est à Iohāne in Iordane. Et statim ascendens de aqua, vidit cęlos apertos, & Spiritū tanquā columbam descendētem & manentem in ipso. & vox facta est de cęlis, Tu es filius meus dilectus, in te complacui. *15.

S. Lucas.

FActum est autem cùm baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante, apertum est cęlum: & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, & vox de cęlo facta est: Tu es Filius meus dilectus, in te cōplacuit mihi. Et ipse Iesus erat incipiēs quasi annorū triginta, vt putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph, qui fuit Matthathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naū, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge, qui fuit Mahath, qui fuit Matthathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Iohāna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, q fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmadan, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Eliézer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Simeō, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliacim, qui fuit Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Matthatha, qui fuit Nathā, qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmō, qui fuit Naasson, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahę, qui fuit Thare, qui fuit Nachor,

S. Iohannes.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
ſicut colũbam, & venientẽ ſuper ſe. Et ecce vox de cælis dicẽs, Hic eſt filiꝰ meus dilectus in quo mihi complacui. *15.		chor, qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech, qui fuit Mathuſale, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. *15.	

CAP. 15. *Poſt 40 dierum ieiunium in deſerto, Chriſtus ter tentatus à Satana vincit. Matth. Cap. 4. * 14. Marc. Cap. 1. * 14. Luc. Cap. 4. * 14.*

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
TVnc Ieſus ductus eſt in deſertum à Spiritu, vt tentaretur à Diabolo. Et cùm ieiunaſſet 40. diebus & 40. noctibus, poſtea eſurijt. Et accedens tentator dixit ei, Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Qui reſpõdens dixit, Scriptũ eſt, Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Tunc aſſumpſit eũ diabolus in ſanctã ciuitatẽ, & ſtatuit eũ ſuper pinnaculũ tẽpli, & dixit ei, Si filius Dei es, mitte te deorſum. Scriptum eſt enim, Quia angelis ſuis	Et ſtatim ſpiritus expulit eũ in deſertũ. Et erat in deſerto 40. diebus, & 40. noctibus, & tentabatur à Satana. eratq; cum beſtijs, & Angeli miniſtrabant illi. *23.	IESVS aũt plenus Spiritu Sancto, regreſſus eſt à Iordane, & agebatur in Spiritu in deſerto, diebus 40. & tentabatur à diabolo. Et nihil mãducauit in diebus illis, & conſummatis illis eſurijt. Dixit aũt illi diabolus, Si filius Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat. Et reſpõdit ad illũ Ieſus, Scriptũ eſt, Quia non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo Dei. Et duxit illũ diabolus in montẽ excelſum, & oſtẽdit illi omnia regna orbis terræ in momẽto tẽporis, & ait illi, Tibi dabo poteſtatem hanc vni-	

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
mādabit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidē pedē tuū. Ait illi Iesus rursum, Scriptum est, Nō tētabis Dominum Deum tuum. Iterū assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriā eorum, & dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus, Vade Satana, scriptū est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. *25.		uersam, & gloriā illorū, quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa. Tu ergo si adoraueris coram me, erūt tua omnia Et respōdens Iesus, dixit illi, Scriptum est, Dominū Deū tuum adorabis, & illi soli seruies. & duxit illum in Ierusalē, & statuit eū super pinnā tēpli, & dixit illi, Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum. Scriptū est enim, quòd Angelis suis mandauit de te, vt conseruent te, & quia in manibus tollēt te, ne fortè offendas ad lapidē pedē tuum. Et respondens Iesus, ait illi, Dictum est, Non tentabis Dominum Deum tuum. Et cōsummata omni tētatione, diabolus recessit ab illo, vsque ad tempus. * 23.	

*CAP. 16. Iohannes publicè testatur de Christo. Iohan. Cap. 1. * 3.*

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	
			IOhannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicēs, Hic erat quem dixi, Qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Et hoc est te-

S. Matthaus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			ſtimoniũ Iohãnis, quãdo miſerũt Iudęi ab Ieroſolymis ſacerdotes & Leuitas ad eũ, vt interrogarẽt eum, Tu quis es? Et cõfeſſus eſt, & nõ negauit, & confeſſus eſt, Quia nõ ſum ego Chriſtus. Et interrogauerunt eũ, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Nõ ſum. Propheta es tu? et reſpõdit, Nõ. Dixerũt ergo ei, Quis es, vt reſpõſum demus his qui miſerunt nos? quid dicis de teipſo? Ait, Ego vox clamãtis in deſerto, dirigite viã Domini, ſicut dixit Iſaias Propheta. Et qui miſsi fuerãt, erãt ex Phariſæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei, Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neq; Propheta? Reſpõdit eis Iohãnes, dicẽs, Ego baptizo in aqua: medius aũt veſtrũm ſtetit quẽ vos neſcitis. Ipſe eſt q poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt: cuius ego nõ ſum dignus vt ſoluã eius corrigiã calceamẽti. Hæc in Bethania facta ſunt trans Iordanem, vbi erat Iohannes baptizans. Altera die vidit Iohannes Ieſum veniẽtẽ ad ſe, & ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Hic eſt de quo dixi, Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt, quia prior me erat, & ego neſciebã eũ, ſed vt manifeſtetur in Iſraël, propterea veni ego in aqua baptizans. Et teſtimonium perhibuit Iohãnes dicẽs, Quia vidi ſpiritũ deſcendentẽ quaſi columbã de cęlo, & mãſit ſuper eũ. Et ego neſciebam eum, ſed q miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quẽ videris Spiritũ deſcendentẽ & manentẽ ſuper eũ, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. Et ego vidi: & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei. *17.

CAP. 17. *Christum à Iohanne demonstratum Discipuli quinque incipiunt agnoscere & sequi. Iohan. Cap. 1. * 16.*

S. Matthaeus	S. Marcus.	S. Lucas.	
			ALtera die iterũ ſtabat Iohánes, & ex diſcipulis ei⁹ duo. Et reſpiciẽs Ieſũ ambulátẽ, dicit, Ecce Agnus Dei. Et audierũt eũ duo diſcipuli loquentẽ, & ſecuti ſunt Ieſum. Cõuerſus aũt Ieſus, & videns eos ſequẽtes ſe, dicit eis, Quid quæritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur interpretatum Magiſter) vbi habitas? Dicit eis, Venite & videte. Venerũt, & viderunt vbi maneret, & apud eum manſerunt die illo: hora aũt erat quaſi decima. Erat autem Andreas frater Simônis Petri vnus ex duobus qui audierant à Iohanne, & ſequuti fuerãt eum. Inuenit hic primûm fratrẽ ſuum Simónem, & dicit ei, Inuenimus Meſsiam, quod eſt interpretatum Chriſtus, & adduxit eũ ad Ieſum. Intuitus autẽ eum Ieſus, dixit, Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In craſtinũ voluit exire in Galilęã: & inuenit Philippum, Et dicit ei Ieſus, Sequere me. Erat autẽ Philippus à Bethſaida, ciuitate Andreę & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei, Quẽ ſcripſit Moyſes in lege & Prophetę, inuenimus Ieſum filiũ Ioſeph, à Nazareth. Et dixit ei Nathanael, A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus, Veni, & vide. Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe, & dicit de eo, Ecce verè Iſraëlita, in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanael, Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Prius quàm te Philippus vocaret

S. Matthaus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			vocaret, cùm eſſes ſub ficu, vidi te. Reſpondit ei Nathanael, & ait, Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Iſraël. Reſpõdit Ieſus, & dixit ei, Quia dixi tibi, Vidi te ſub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei, Amen, amẽ dico vobis, videbitis cælum apertũ, & angelos Dei aſcendentes & deſcendentes, ſupra Filium hominis. *18.

CAP.18. *Nuptiæ in Cana Galilææ, in quibus Christus aquam in vinum conuertit, quod initium fuit ſignorum ab eo editorum. Iohan. Cap.2.* *17.

S. Matthaus	S. Marcus.	S. Lucas.	
			ET die tertia nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ: & erat mater Ieſu ibi. Vocatus eſt aũt & Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Ieſu ad eũ, Vinum non habẽt. Et dicit ei Ieſus, Quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius miniſtris, Quodcunq; dixerit vobis, facite. Erant autẽ ibi lapideę hydrię ſex poſitę ſecundùm purificationẽ Iudæorum, capiẽtes ſingulæ metretas binas, vel ternas. Dicit eis Ieſus, Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vſq; ad ſummũ. Et dicit eis Ieſus, Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. Vt aũt guſtauit architriclinus, aquã vinum factã, & non ſciebat vnde eſſet, miniſtri aut ſciebant qui hauſerãt aquã: vocat ſpõſum architriclinus, & dicit ei, Omnis homo primũ bonũ vinũ ponit, et cũ inebriati fuerint, tũc id quod deterius eſt. Tu aũt ſeruaſti bonũ vinum vſq; adhuc. Hoc fecit initiũ ſignorũ Ieſus in Cana Galilææ, & manifeſtauit gloriã ſuã, & crediderunt in eum diſcipuli eius. *19

*CAP. 19. Festo Paschali Iesus ex zelo domus Dei eum comedente, eiicit è templo vendentes & ementes. Et occultè mortem & resurrectionem suam Iudæis præsignificat. Iohan. Cap. 2. *18.*

S. Matthæus	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	
			POST hoc descendit Capharnaum ipse & Mater eius, & fratres eius, & Discipuli eius: & ibi mãserunt non multis diebus. Et propè erat Pascha Iudæorũ, & ascendit Iesus Ierosolymã: & inuênit in Tẽplo vendentes boues & oues & colũbas, & numularios sedẽtes. Et cùm fecisset quasi flagellũ de funiculis, omnes eiecit de Tẽplo, oues quoq; & boues, & numulariorũ effudit æs, & mẽsas subuertit. Et his qui colũbas vendebant, dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domũ Patris mei, domũ negotiationis. Recordati sunt verò discipuli eius quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me. Respõderũt ergo Iudæi, & dixerũt ei, Quod signũ ostẽdis nobis quia hæc facis? Respõdit Iesus, & dixit eis, Soluite Templũ hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerũt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatũ est Templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autẽ dicebat de Tẽplo corporis sui. Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderũt scripturæ & sermoni quẽ dixit Iesus. Cùm aũt esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderũt in nomine eius, vidẽtes signa eius quæ faciebat. Ipse aũt Iesus nõ credebat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes, & quia opus ei nõ erat vt quis testimoniũ perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine. *20.

CAP. 20. *Colloquium Christi nocturnum cum Nicodemo de regeneratione ex aqua & Spiritu. Iohan. Cap.3. * 19.*

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	
			ERat aũt homo ex Pharisęis, Nicodemus nomine, princeps Iudęorum. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scim⁹ quia à Deo venisti magister, nemo enim potest hęc signa facere quę tu facis, nisi fuerit Deus cũ eo. Respõdit Iesus, & dixit ei: Amẽ, amen dico tibi, nisi quis natus fuit denuò, nõ potest videre regnũ Dei. Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo potest homo nasci, cũ sit senex? nũquid potest in ventrem matris suę iterũ introire, & nasci? Respõdit Iesus, Amen, amẽ dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, nõ potest introire in Regnum Dei. quod natũ est ex carne, caro est: & quod natũ est ex Spiritu, spiritus est. nõ mireris, quia dixi tibi, oportet vos nasci denuò. Spiritus vbi vult spirat, & vocẽ eius audis, sed nescis vnde veniat, & quò vadat: sic est omnis qui natus est ex Spiritu. Respõdit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hęc fieri? Respõdit Iesus, & dixit ei: Tu es Magister in Israël, & hęc ignoras? Amen, amẽ dico tibi, quia quod scim⁹ loquimur, & quod vidimus testamur, & testimoniũ nostrũ nõ accipitis. Si terrena dixi vobis, & nõ creditis: quomodo si dixero vobis cęlestia, credetis? Et nemo ascẽdit in cęlum, nisi qui descẽdit de cęlo, Filius hominis qui est in cælo. Et sicut Moyses exaltauit serpentẽ in deserto: ita exaltari oportet Filiũ hominis, vt omnis qui credit in ipsum, nõ pereat, sed habeat vitã æternam. Sic enim Deus dilexit mundũ, vt Filiũ suũ vnigenitũ daret: vt omnis qui credit

S. Matthaus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			credit in eũ, nõ pereat, sed habeat vitam æternã. Nõ enim misit Deus Filiũ suum in mundũ, vt iudicet mundũ, sed vt saluetur mũdus per ipsum. Qui credit in eũ, nõ iudicatur. qui aũt nõ credit, iam iudicatus est: quia nõ credidit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc est aũt iudiciũ: quia lux venit in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucẽ: erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui malè agit, odit lucẽ, & nõ venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. qui aũt facit veritatẽ, venit ad lucem, vt manifestẽtur opera eius, quia in Deo sunt facta. * 21.

CAP. 21. *Iohannes Baptista iterũ de Christo testatur ad reprimendam discipulorum suorum æmulationem inde ortam, quòd Christus plures baptizaret per discipulos, q̃ Iohannes. Iohan. 3.* * 20.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			POst hæc vênit Iesus & Discipuli eius in Iudæã terrã, & illic demorabatur cũ eis, & baptizabat. Erat aũt & Iohãnes baptizãs in Ænon iuxta Salim: quia aquę multæ erãt illic, & veniebãt, & baptizabãtur. Nondum enim missus fuerat Iohãnes in carcerẽ. Facta est autẽ quæstio ex discipulis Iohannis cum Iudæis de purificatione. Et venerunt ad Iohannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniũt ad eum. Respondit Iohannes & dixit, Non potest homo accipere quicquã, nisi fuerit ei datum de cælo. Ipsi vos mihi testimoniũ perhibetis, quòd dixerim, Non sum ego Christus: sed quia missus sum ante

S. Matthaeus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			ante illũ. Qui habet ſpõſam, ſponſus eſt: amicus aũt ſponſi qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocẽ ſpõſi. Hoc ergo gaudiũ meum impletũ eſt. Illum oportet creſcere, me autem minui. Qui de ſurſum venit, ſuper omnes eſt. Qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur. Qui de cælo venit, ſuper omnes eſt. Et quod vidit & audiuit, hoc teſtatur, & teſtimonium eius nemo accipit. Qui accepit eius teſtimonium, ſignauit quia Deus verax eſt. Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur. nõ enim ad menſurã dat Deus ſpiritũ. Pater diligit Filiũ, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in Filiũ, habet vitã æternam: qui aũt incredulus eſt Filio, nõ videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. *23.

CAP. 22. *Iohannes Baptiſta ab Herode in vincula propterea conijcitur, quòd turpem illius inceſtũ liberè reprehenderet. Matth. 14. *56. Mar. 6. *56. Luc. 3. *13.*

S. Matthaeus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eũ, & poſuit in carcerem propter Herodiadẽ vxorem fratris ſui. Dicebat enim illi Iohãnes, Nõ licet tibi habere eam. Et volẽs illum occidere, timuit populũ: quia ſicut Prophetam eum habebant. *56.	Ipſe enim Herodes miſit ac tenuit Iohannẽ, & vinxit eũ in carcerẽ propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eã. Dicebat enim Iohãnes Herodi, Nõ licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Herodias aũt inſidiabatur illi, & volebat occidere eũ, nec poterat. Herodes enim metuebat Iohannẽ, ſciẽs eũ virũ iuſtũ & ſanctũ: & cuſtodiebat eũ, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. *56.	Herodes aũt Tetrarcha cũ corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris ſui, & de oĩbus malis quæ fecit Herodes, adiecit & hoc ſup oĩa & incluſit Iohannẽ in carcerem. *14.	

CAP. 23. Iohanne in custodiam tradito, Iesus à Iudæa in Galilæam rediens per Samariam colloquitur cum Muliere Samaritana ad fontem Iacobi, quam cum alijs Samaritanis ad credendũ in se prædicatione sua inducit.

*Matth.4.*15. Mar.1.*15. Luc.4.*15. Iohan.4.*21.*

S. Matthæus

CVM aût audisset Iesus, quòd Iohannes traditus esset, secessit in Galilęá, & relictâ ciuitate Nazareth, vênit & habitauit in Capharnaum maritima, in finibus Zabûlon & Nephthali, vt adimpleretur quod dictũ est p Isaiá Prophetá, Terra Zabûlon & terra Nephthali, via maris trans Iordanẽ Galilææ gentiũ, populus q sedebat in tenebris,

S. Marcus.

POSTquã aût traditus est Iohannes, venit Iesus in Galilæá, prædicans Euangeliũ regni Dei, & dicens, Quoniam impletũ est tempus, & appropinquauit regnũ Dei: pœnitemini, & credite Euangelio. *26.

S. Lucas.

Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam, & fama exijt per vniuersam regionẽ de illo. Et ipse docebat in Synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. *54.

S. Iohannes.

VT ergo cognouit Iesus, quia audierũt Pharisæi quòd Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quàm Iohannes, (quanquá Iesus non baptizaret sed discipuli eius) reliquit Iudæá, & abijt iterũ in Galilæam. oportebat aût eum trãsire per Samariá. Venit ergo in ciuitatẽ Samarię quæ dicitur Sichar, iuxta prædiũ quod dedit Iacob, Ioseph filio suo Erat aût ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedẽbat sic supra fontẽ. Hora erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquá. Dicit ei Iesus, Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierãt in ciuitatẽ, vt cibos emerẽt. Dicit ergo mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus cũ sis, bibere à me poscis, quę sum mulier Samaritana? nõ enim coütuntur Iudæi Samaritanis. Respõdit Iesus, & dixit ei: Si scires donũ Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquá viuá. Dicit ei mulier, Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde habes aquá viuam? Nũquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteũ, & ipse ex eo bibit, & filij eis, & pecora eius? Respõdit Iesus, & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum, qui aût biberit ex aqua quá ego dabo ei, nõ sitiet in æternũ, sed aqua quá ego dabo

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
vidit lucē magnā: & ſedentibus in regione vmbrę mortis, lux orta eſt eis. Exinde cœpit Ieſus prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite: appropinquabit eni regnum cælorū. * 26.			ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Dicit ad eū mulier, Domine, da mihi hanc aquā, vt nō ſitiā: neq; veniā huc haurire. Dicit ei Ieſus, Vade, voca virum tuum, & veni huc. Reſpondit mulier, & dixit, Nō habeo virum. Dicit ei Ieſus, Bene dixiſti, quia nō habeo virum. quinq; enim viros habuiſti, & nūc quē habes, nō eſt tuus vir. hoc verè dixiſti. Dicit ei mulier, Domine, video quia Propheta es tu. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Ieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet. Dicit ei Ieſus, Mulier, crede mihi, quia veniet hora, quando neq; in mōte hoc, neq; in Ieroſolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod neſcitis: nos adoram⁹ quod ſcimus, quia ſalus ex Iudęis eſt. Sed venit hora, & nunc eſt, quādo veri adoratores adorabūt Patrē in ſpiritu & veritate. Nā & Pater tales quęrit, qui adorēt eū. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorāt eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier, Scio quia Meſsias venit, q̄ dicitur Chriſtus: cùm ergo venerit, ille nobis annūtiabit oīa. Dicit ei Ieſus, Ego ſum qui loquor tecū. Et cōtinuò venerūt diſcipuli eius: & mirabātur, quia cū muliere loquebatur. Nemo tamē dixit, Quid quęris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriā ſuā mulier, & abijt in ciuitatē, & dicit illis hominibus, Venite, & videte hominē qui dixit mihi oīa quæcunque feci. nunquid ipſe eſt Chriſtus? Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum. Intereà rogabāt eum diſcipuli, dicentes,

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			dicētes, Rabbi, manduca. Ille autē dixit eis, Ego cibū habeo māducare quē vos nescitis. Dicebāt ergo discipuli adinuicem, Nunquid aliquis attulit ei māducare? Dicit eis Iesus, Meus cibus est vt faciā voluntatem eius qui misit me, vt perficiā opus eius. Nónne vos dicitis, quòd adhuc quatuor mēses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iā ad messem Et qui metit, mercedem accipit, & cōgregat fructū in vitam æternā: vt & qui seminat, simul gaudeat & qui metit. In hoc enim est verbū verum: quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi vos metere quod vos nō laborastis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate aūt illa multi crediderūt in eum Samaritanorū, propter verbū mulieris testimoniū perhibētis, Quia dixit mihi omnia quæcunque feci. Cùm venissent ergo ad illū Samaritani, rogauerūt eum vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multò plures crediderūt propter sermonem eius. Et mulieri dicebāt, Quia iam non propter tuā loquelā credimus. ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est verè saluator mundi. Post duos autem dies exijt inde: & abijt in Galilęam. Ipse enim Iesus testimonium perhibuit quia Propheta in sua patria honorem non habet. Cùm ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cùm omnia vidissent quæ fecerat Ierosolymis in die festo: & ipsi enim venerant ad diem festum. *24.

CAP. 24.

CAP. 24. *Reguli cuiusdam filius febri laborans verbo Christi sanatur. Iohan. 4.* *23.

S. Matthaeus.	S. Marcus.	S. Lucas.	
			VEnit ergo iterum in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum. Et erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cùm audiſſet, quia Ieſus adueniret à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum, & rogabat eum, vt deſcenderet & ſanaret filium eius. incipiebat enim mori. Dixit ergo Ieſus ad eũ, Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum Regulus, Domine, deſcende prius quàm moriatur filius meus. Dicit ei Ieſus, Vade, filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni quem dixit ei Ieſus, & ibat. Iam autem eo deſcendente, ſerui occurrerunt ei, & nuntiauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, Quia heri hora ſeptima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Ieſus, Filius tuus viuit. & credidit ipſe & domus eius tota. Hoc iterum ſecundum ſignum fecit Ieſus, cùm veniſſet à Iudæa in Galilæam. *36.

CAP. 25. *Christus circumit totam Galilæam docens & prædicans Euangelium, & morbos omnes atque languores ſanans, vnde fama nominis eius vbiq; diffunditur. Matth. Cap. 4.* *15.

S. Matthaeus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
ET circuibat Ieſus totã Galilæam, docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & ſanans omnẽ languorem & omnem infirmitatem in populo. Et abijt opinio			

S. Matthaus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
opinio eius in totã Syriã. & obtulerunt ei omnes malè habentes, variis lãguoribus & tormẽtis cõprehenſos, & qui dę-monia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos: & ſecutæ ſunt eũ turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Ieroſolymis, & de Iudæa, & de trans-Iordanem.* 39.			

CAP. 26. *Chriſtus docet populum è naui Simonis. Capitur magna multitudo piſciũ, & piſcatores quatuor à Chriſto è nauibus euocati, ſtatim ſequuntur eum. Mat. 4.* 23. Mar. 1.* 23. Luc. 5.* 28.*

S. Matthaus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
Ambulãs autẽ Ieſus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Symonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittẽtes rete in mare (erãt enim piſcatores) & ait illis, venite poſt me: & faciã vos fieri piſcatores hominum. At illi continuò	ET præteriens ſecus Mare-Galilęę, vidit Simõnẽ & Andream fratrem eius, mittẽtes retia in mare (erãt enim piſcatores) & dixit eis Ieſus, Veni te poſt me, & faciã vos fieri piſcatores hominũ. Et protinus relictis retibus ſecuti ſunt eũ. Et progreſſus in-	FActum eſt autem, cùm turbę irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Geneſareth. Et vidit duas naues ſtãtes ſecus ſtagnum: piſcatores autem deſcenderant, & lauabant retia. Aſcendens autem in vnam nauem quæ erat Simõnis, rogauit eum à terra reducere puſillum. Et ſedens, docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit autem loqui, dixit ad Simõnem, Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturã. Et reſpondens Simon, dixit illi, Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cùm hoc feciſſent, concluſerunt piſciũ multitudinem copioſam, rumpebatur autẽ rete eorum. Et annuerunt ſociis qui erant in alia naui, vt venirẽt & adiuuarẽt eos. Et venerunt & impleuerũt ambas nauiculas, ita vt mergerentur. Quod cùm videret Simon Petrus, prócidit ad genua Ieſu, dicens, Exi à me, quia homo peccator ſum Domine. Stupor enim circundederat eum, & omnes qui	

*CAP. 24. Reguli cuiusdam filius febri laborans verbo Christi sanatur. Iohan. 4. * 23.*

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	
			VEnit ergo iterum in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum. Et erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cùm audisset, quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum, & rogabat eum, vt descenderet & sanaret filium eius. incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eũ, Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum Regulus, Domine, descende prius quàm moriatur filius meus. Dicit ei Iesus, Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nuntiauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus, Filius tuus viuit. & credidit ipse & domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cùm venisset à Iudæa in Galilęam. * 36.

*CAP. 25. Christus circumit totam Galilæam docens & prædicans Euangelium, & morbos omnes atque languores sanans, vnde fama nominis eius vbiq; diffunditur. Matth. Cap. 4. * 15.*

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
ET circuibat Iesus totã Galilęam, docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & sanans omnẽ languorem & omnem infirmitatem in populo. Et abijt opinio			

S. Matthæus.	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
opinio eius in totā Syriā. & obtulerunt ei omnes malè habentes, variis lāguoribus & tormētis cōprehensos, & qui dęmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos: & secutæ sunt eū turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Ierosolymis, & de Iudæa, & de trans-Iordanem.* 39.			

CAP. 26. Christus docet populum è naui Simonis. Capitur magna multitudo piscium, & piscatores quatuor à Christo è nauibus euocati, statim sequuntur eum. Mat. 4. 23, Mar. 1.* 23. Luc. 5.* 28.*

S. Matthæus.	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
AMbulás autē Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Symonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittētes rete in mare (erāt enim piscatores) & ait illis, venite post me: & faciā vos fieri piscatores hominum. At illi continuò	ET præteriens secus Mare-Galilęę, vidit Simōnē & Andream fratrem eius, mittētes retia in mare (erāt enim piscatores) & dixit eis Iesus, Venite post me, & faciā vos fieri piscatores hominū. Et protinus relictis retibus secuti sunt eū. Et progressus in-	FActum est autem, cùm turbę irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naues stātes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauem quæ erat Simônis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens, docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simônem, Duc in altum, & laxate retia vestra in capturā. Et respondens Simon, dixit illi, Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cùm hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autē rete eorum. Et annuerunt sociis qui erant in alia naui, vt venirēt & adiuuarēt eos. Et venerunt & impleuerūt ambas nauiculas, ita vt mergerentur. Quod cùm videret Simon Petrus, prócidit ad genua Iesu, dicens, Exi à me, quia homo peccator sum Domine. Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum	

S. Matthæus.

relictis retibus secuti sunt eũ. Et pcedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobũ Zebedæi & Iohãnem fatrẽ eius in naui cũ Zebedæo patre eorũ, reficiẽtes retia sua: & vocauit eos. Illi autẽ stati relictis retib. & patre, secuti sũt eũ.*25

S. Marcus.

de pusillum, vidit Iacôbum Zebedæi & Iohannem fratrẽ eius, & ipsos componẽtes retia in naui: & statim vocauit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenarijs, secuti sunt eum.*27.

S. Lucas.

cũ illo erãt, in captu rapisciũquã ceperãt. Similiter aũt Iacobũ & Iohãnẽ filios Zebedęi, qui erãt socij Simonis. Et ait ad Simonẽ Iesꝰ, Noli timere: ex hoc iam hoĩes eris capiẽs. Et subductis ad terrã nauibus, relictis oĩbus secuti sunt eũ.* 44.

S. Iohannes.

CAP. 27. *Obsessus à Dæmone in Synagoga liberatur. Marc. 1.* 26. Luc. 4.* 54.*

S. Matthæus.

S. Marcus.

ET ingrediũtur Capharnaũ: & stati sabbathis ingressus in synagogam, docebat eos. Et stupebãt super doctrina eius. erat enĩ docẽs eos quasi potestatẽ habens, & nõ sicut scribę. Et erat in synagoga eorũ, homo in spiritu immũdo: & exclamauit, dicẽs, Quid nobis & tibi Iesu Nazarene, venisti pdere nos? scio qui sis. Sanctus Dei. Et cõminatus est ei Iesus, dicẽs, Obmutesce, & exi de hoĩe. Et discerpẽs eũ spiritus immũdus, & exclamãs voce magna, exiit ab eo. Et mirati sũt oẽs: ita vt cõquirerẽt inter se dicẽtes: quidnã est hoc? quęnã doctrina hęc noua? quia in potestate etiã spiritibus immundis

S. Lucas.

ET descẽdit in Capharnaũ ciuitatẽ Galileæ: ibiq; docebat illos sabbatis. Et stupebãt in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habens dæmoniũ immũdũ & exclamauit voce magna, dicẽs, Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te qui sis, Sãctus Dei. Et increpauit illũ Iesus, dicens, Obmutesce, & exi ab eo. Et cũ pieciffet illũ dęmonium in medium, exiit ab illo, nihilq; illum nocuit. Et factus est pauor in omnibus, & colloquebãtur adinuicem, dicentes, Quod est hoc verbum, quia in potesta te & virtute imperat immun-

S. Iohannes.

S. Mathæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
	mundis imperat, & obediunt ei? Et processit rumor eius statim in oēm regionem Galilææ. * 27.	mundis spiritibus, & exeūt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. * 28.	

C A P. 28. *Socrus Petri a febre, & alij multi à variis morborum generibus liberantur. Christus secedit in solitudinem precandi gratia, docet in synagogis Galilææ, & dæmonia eijcit. Mat. 8. * 45. Mar. 1. * 27. Luc. 4. * 27.*

S. Mathæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
ET cùm venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem & febricitātem et tetigit manum eius, & dimisit eam febris, & surrexit, et ministrabat ei. Vespere autem facto, obtulerunt ei multos dęmonia ha-	ET protinus egredientes de synagoga, venerunt in domū Simonis & Andreę cum Iacobo & Iohanne. Decūbebat autē socrus Simonis febricitans: & statim dicunt ei de illa. Et accedens eleuauit eā apprehēsa manu eius: & continuò dimisit eam febris, & ministrabat eis. Vespere autem facto cū occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes & dæmonia habētes: & erat omnis ciuitas congregata ad ianuā. Et curauit multos qui vexabantur variis languoribus: & dæmonia multa eiiciebat, & nō sinebat ea loqui quoniā sciebāt eū. Et diluculo valde surgēs egressus abiit in desertū locum: ibiq; orabat. Et prosecutus est eū Simō, & qui cum illo erant. Et cùm inuenissent eum,	SVrgēs autem Iesus de synagoga, introiuit in domū Simonis. Socrus autē Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri: & dimisit illam. Et continuò surgens, ministrabat illis. Cùm autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponēs curabat eos. Exibāt autem dæmonia à multis, clamantia & dicentia, Quia tu es filius Dei. & increpans nō sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Facta autem die, egressus ibat in desertum locum: & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum: & detinebant illum ne discederet ab eis. Qui-	

S. Matthæus.

bentes: & eiiciebat spiritus verbo: & omnes male habentes curauit: vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem, Ipse infirmitates nostras accepit: & ægrotationes portauit. *. 29.

S. Marcus.

dixerunt ei: Quia omnes quærunt te. Et ait illis, Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicẽ: ad hoc enim veni. Et erat prædicans in synagogis eorum, & in omni Galilęa: & dæmonia eiiciens. * 44.

S. Lucas.

bus ille ait, Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galilææ. * 26.

S. Iohannes.

*CAP. 29. Tres reprehenduntur à Christo, quòd non quomodo oportuit, voluerint ipsum sequi. Matth. Cap. 8. * 28. Luc. Cap. 9. * 76.*

S. Matthæus.

Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit ire trans fretũ. Et accedens vnus scriba, ait illi, Magister, sequar te, quocunque ieris. Et dicit ei Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi, Domine, permitte me primûm ire, & sepelire patrem meum. Iesus autem ait illi, Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. *30.

CAP. 30.

S. Marcus.

S. Lucas.

Factũ est autẽ: ambulantibus illis in via, dixit quidã ad illũ, Sequar te quocũq; ieris. Dixit illi Iesus, Vulpes foueas habẽt, & volucres cæli nidos: filius aũt hominis non habet vbi caput reclinet. Ait aũt ad alterum, Sequere me. Ille aũt dixit, Domine, permitte mihi primũ ire, & sepelire patrẽ meũ. Dixitque ei Iesus, Sine vt mortui sepeliãt mortuos suos: tu aũt vade, annũtia regnũ Dei. Et ait alter, Sequar te Domine, sed permitte mihi primũ renuntiare his qui domi sunt. Ait ad illũ Iesus, Nemo mittẽs manũ suã ad aratrũ, & respiciẽs retrò, aptus est regno Dei. * 83.

S. Iohannes.

CAP.30. *Tempestatem in mari ortam Christus verbo sedat.*
Matth.8.*.29.Mar.4.*.52.Luc.8.*.50.

S. Matthaeus.

ET ascendête eo in nauiculam, secuti sunt eũ discipuli eius: &ecce motus magn' factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse verò dormiebat. Et accesserunt ad eum, & suscitauerunt eum, dicêtes, Domine, salua nos, perimus. Et dicit eis: quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porrò homines mirati sunt dicêtes, Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? * 31.

S. Lucas.

ET ait illis in illa die, cùm serò esset factum, Transeamuscõtrà. Et dimittêtes turbã, assumunt eum ita vt erat in naui: & aliæ naues erant cum illo. Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiês: & excitant eũ, & dicũt illi, Magister, nõ ad te pertinet quia perimus? Et exurgês cõminatus est vento, & dixit mari, Tace, obmutesce. Et cessauit vêtus: &facta est trãquillitas magna. Et ait illis, Quid timidi estis? necdum habetis fidem? Et timuerunt timore magno: & dicebant ad alterutrum, Quis, putas, est iste, quia & vêtus & mare obediũt ei? * 31.

S. Marcus.

FActum est autẽ in vna dierum: & ipse ascendit innauiculam, & discipuli eius, & ait ad illos, Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt. Et nauigantibus illis obdormiuit: & descendit procella venti in stagnum, & complebantur, & periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes, Præceptor, perimus. At ille surgês, increpauit ventum & tempestatem aquæ: & cessauit, & facta est tranquillitas. Dixit autẽ illis, Vbi est fides vestra? Qui timêtes, mirati sunt adinuicem, dicentes, Quis, putas, hic est, quia & vẽtis & mari imperat, & obediunt ei? * 31.

S. Iohannes.

*CAP. 31. Legio dæmoniorũ è duobus hominibus deiecta ingreditur in porcos, eosq́; in mare præcipites agit. Mat. 8.*30. Mar. 5.30.*Luc. 8.*30.*

S. Matthæus.

ET cùm venisset trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dęmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. Et ecce clamauerunt dicentes: quid nobis et tibi Iesu fili Dei? Venisti huc ante tẽpus torquere nos? Erat autem nõ longè ab illis grex multorum porcorum pascens. Dæmones aũt roga-

S. Marcus.

ET venerũt trãs fretũ maris in regionẽ Gerasenorum. Et exeunti ei de naui, statĩ occurrit de monumẽtis homo in spiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis. & neque catenis iam quisquã poterat eum ligare: quoniã sæpe cõpedibus & catenis vinctus, dirupisset catenas, & cõpedes cõminuisset. & nemo poterat eum domare, & semper die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamãs & cõcidens se lapidibus. Videns autẽ Iesum à lõge, cucurrit & adorauit eum: & clamãs voce magna, dixit, Quid mihi & tibi Iesu fili dei altissimi? adiuro te per Deũ ne me torqueas. Dicebat enim illi, Exi spiritus immunde ab homine. Et interrogabat eũ, Quod tibi nomẽ est? Et dicit ei, Legio mihi nomẽ est: quia multi sumus. Et deprecabatur eum multũ, ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa mõtẽ grex porcorũ magnus pascẽs. Et deprecabãtur

S. Lucas.

ET nauigauerunt ad regionem Gerasenorũ, quæ est cõtra Galilæam. Et cùm egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam qui habebat dæmoniũ iam temporibus multis, & vestimento nõ induebatur, neque in domo manebat, sed in monimentis. Is vt vidit Iesum, prócidit ante illum: & exclamans voce magna, dixit, Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei Altissimi? obsecro te ne me torqueas. Præcipiebat enim spiritui immũdo vt exiret ab homine. Multis enim tẽporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custoditus: & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserta. Interrogauit autem illum Iesus, dicens, Quod tibi nomen est? At ille dixit, Legio. quia intrauerant dæmonia multa in eum. Et rogabant illum ne imperaret illis vt in abyssũ irẽt. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascẽtiũ in monte, & rogabãt eum

S. Iohannes.

S. Mathæus.

bant eum, dicentes, Si eiicis nos, mitte nos ĩ gregẽ porcorum. Et ait illis, Ite. At illi exeũtes abierũt in porcos, et ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare; et mortui ſunt in aquis. Paſtores autẽ fugerũt; et veniẽtes in ciuitatem, nuntiauerunt omnia, et de eis qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exiit obuiã Ieſu, et viſo eo, rogabãt vt tranſiret à finibus eorum. *32.

S. Marcus.

eum ſpiritus, dicentes, Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Et cõceſsit eis ſtatim Ieſus. Et exeuntes ſpiritus immũdi, introierũt in porcos: & magno impetu grex pręcipitatus eſt in mare, ad duo millia, & ſuffocati ſunt in mari. Qui autẽ paſcebant eos, fugerunt, et nuntiauerunt in ciuitatem et in agros. Et egreſsi ſunt videre quid eſſet factum; et veniunt ad Ieſum, et vident illũ qui à dæmonio vexabatur, ſedentem, veſtitum, et ſanæ mentis; et timuerunt. Et narrauerũt illis, qui viderant, qualiter factum eſſet ei qui dæmonium habuerat, et de porcis. Et rogare cœperunt eum, vt diſcederet de finibus eorum. Cumq́ue aſcenderet nauim, cœpit illum deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat, vt eſſet cum illo, et non admiſit eum, ſed ait illi, Vade in domũ tuã ad tuos et annuntia illis quanta tibi Dñs fecerit, et miſertus ſit tuî. Et abiit et cœpit ꝑdicare in Decapoli quãta ſibi feciſſet Ieſus: et oẽs mirabãtur. * 34.

S. Lucas.

eum, vt permitteret eis in illos ingredi. Et permiſit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, et intrauerũt in porcos; et impetu abiit grex per præceps in ſtagnũ, et ſuffocatus eſt. Quod vt viderunt factum qui paſcebant, fugerunt; & nuntiauerunt in ciuitatem et in villas. Exierunt autẽ videre quod factum eſt; et venerũt ad Ieſum, et inuenerũt hominem ſedẽtem à quo dæmonia exierant, veſtitũ, ac ſana mente ad pedes eius, et timuerunt. Nuntiauerũt autẽ illis et qui viderant, quomodo ſanus factus eſſet à legione. Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Geraſenorũ, vt diſcederet ab ipſis; quia magno timore tenebantur. Ipſe autem aſcendẽs nauim, reuerſus eſt. Et rogabat illũ vir à quo dæmonia exierant, vt cum eo eſſet. Dimiſit autem eum Ieſus, dicens, Redi in domum tuam, et narra quãta tibi fecit Deus. Et abiit per vniuerſam ciuitatẽ, prædicãs quanta illi feciſſet Ieſus. * 34.

S. Iohannes.

CAP.32. *Paralyticus per tegulas demissus sanatur. Matth. Cap. 9. *32. Mar. Cap. 2. *44. Luc. Cap. 5. *44.*

S. Mathaus.

ET ascendens in nauiculã, transfretauit, & venit in ciuitatẽ suã. Et ecce offerebãt ei paralyticũ iacẽtem in lecto. Et videns Iesus fidẽ illorũ, dixit paralytico, Cõfide fili, remittuntur, tibi peccata tua. Et ecce quidã de scribis dixerũt intra se, Hic blasphemat. Et cũ vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit, Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?

S. Marcus.

ET iterum intrauit Capharnaũ post dies, & auditum est quòd in domo esset, & conuenerũt multi, ita vt non caperet neque ad ianuam, & loquebatur eis verbum. Et venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur. Et cùm non possent offerre eum illi præ turba, nudauerunt tectum vbi erat. & patefaciẽtes submiserunt grabatũ in quo paralyticus iacebat. Cũ autem vidisset Iesus fidẽ illorum, ait paralytico, Fili, dimittuntur tibi peccata tua. Erant autem illic quidam de Scribis sedentes & cogitantes in cordibus suis, Quid hic sic loquitur? blasphemat Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Quo statim cognito Iesus spiritu suo quia sic cogitarent intra se, dicit illis, Quid ista cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius, dicere paralytico, Dimittuntur tibi

S. Lucas.

ET factum est in vna dierum, & ipse sedebat docens. Et erant Pharisæi sedẽtes & legis doctores qui venerãt ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Ierusalem: & virtus Domini erat ad sanãdum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante eum. Et non inueniẽtes qua parte illum inferrẽt prę turba, ascenderunt supra tectũ, & per tegulas summiserunt eum cum lecto in medium, ante Iesum. Quorum fidem vt vidit, dixit, Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare Scribæ & Pharisęi, dicentes, Quis est hic qui loquitur blasphemias? quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Vt cognouit autẽ Iesus cogitationes eorum, respondẽs, dixit ad illos, Quid cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, Dimittuntur

S. Iohannes.

S. Matthæus.

Quid est facilius, dicere, Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge & ambula? Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata; tunc ait paralytico, Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit, & abiit in domum suam. Videntes autem turbæ, timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.* 33.

S. Marcus.

peccata: an dicere, Surge, tolle grabatũ tuum & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: (ait paralytico) tibi dico, Surge, tolle grabâtum tuum, & vade in domum tuam. Et statim surrexit ille: & sublato grabâto abiit corã omnibus, ita vt mirarentur omnes, & honorificarẽt Deum, dicentes, Quia nunquã sic vidimus.* 33.

S. Lucas.

tũtur tibi peccata: an dicere, Surge & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittẽdi peccata (ait paralytico) Tibi dico, surge, tolle lectũ tuũ, & vade ĩ domũ tuã. Et confestĩ cõsurgẽs corã illis tulit ĩ quo iacebat: & abiit in domũ suam, magnificans Deũ. Et stupor apprehendit oẽs & magnificabãt Deũ Et repleti sũt timore, dicẽtes, Quia vidimus mirabilia hodie.* 33.

S. Iohannes.

CAP. 33. *Matthæum vocat Christus, rationemq́ reddit Pharisæis & Iohannis Baptistæ discipulis, cur ipse cum peccatoribus cibum capiat, & discipuli ipsius non ieiunent. Math. 9.* 32. Marc. 2.* 32. Luc 5.* 32.*

S. Matthæus.

ET cùm trãsiret inde Iesus, vidit hominẽ sedẽtem in telonio, Matthæũ nomine. Et ait illi, Sequere me. Et surgẽs, secutus est eũ. Et factũ est: discum-

S. Marcus.

ET egressus est rursus ad mare: omnisque turba veniebat ad eũ, & docebat eos. Et cùm præteriret, vidit Leui Alphęi sedentem ad telonium: & ait illi, Sequere me. Et surgẽs secutus est eũ. Et factũ est: cũ accũberet in domo illius, multi publicani & peccatores simul discũbebãt cũ Iesu & discipulis eius. erant enim

S. Lucas.

ET post hęc exiit, & vidit publicanum noĩe Leui, sedẽtẽ ad Teloniũ, & ait illi, Sequere me. Et relictis omnibus, surgẽs secutus est eum, & fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorũ, & aliorũ qui cum illis erãt discũbentes. Et murmurabãt Pharisęi & Scribæ eorũ, dicẽtes ad

S. Iohannes.

S. Matthæus.

bēte eo in domo, ecce multi publicani & peccatores veniētes discumbebāt cum Iesu & discipulis eius. Et videntes Pharisęi dicebant discipulis eius, Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magister vester? At Iesus audiens, ait, Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus. Euntes autem discite quid est, Misericordiā volo, & nō sacrificium. Nō enim veni vocare iustos, sed peccatores. Tunc accesserunt ad eum discipuli Iohānis, dicentes, Quare nos & Pharisęi ieiunam⁹ frequenter: discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Iesus, Nunquid possunt filij spōsi lugere, q̄diu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cū auferetur ab eis spōsus; & tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit commissurā pāni rudis in vestimen-

S. Marcus.

multi qui & sequebātur eum. Et scribę et Pharisęi videntes q̄a māducaret cum publicanis & peccatoribus, dicebāt discipulis eius, Quare cū publicanis & peccatoribus māducat & bibit magister vester? Hoc audito Iesus ait illis, Nō necesse habent sani, medico: sed qui malè habent. non enī veni vocare iustos, sed peccàtores. Et erāt discipuli Iohānis & Pharisæi ieiunantes: & veniunt, & dicunt illi, Quare discipuli Iohānis & Pharisæorū ieiunāt: tui autē discipuli nō ieiunāt? Et ait illis Iesus, Nunquid possūt filij nuptiarum, quādiu spōsus cū illis est ieiunare? Quāto tempore habent secū spōsum, nō possunt ieiunare. Venient autem dies, cum auferetur ab eis spōsus: & tunc ieiunabūt in illis diebus. Nemo assumentum pāni rudis assuit vestimento veteri: alioquin

S. Lucas.

discipulos eius, Quare cum publicanis & peccatoribus māducatis & bibitis? Et respōdens Iesus, dixit ad illos, Non egent qui sani sunt, medico, sed qui malè habent. Nō veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. At illi dixerunt ad eum, Quare discipuli Iohānis ieiunāt frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum: tui autem edunt & bibunt? Quibus ipse ait, Nunquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere ieiunare? Venient autem dies: & cùm ablat⁹ fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem & similitudinem ad illos, Quia nemo cōmissuram à nouo vestimento immittit in vestimentum vetus: alioquin & nouum rumpit, & veteri nō cōuenit cōmissura à nouo. Et nemo mittit vinum nouum in

S. Iohannes.

S. Matthæus.

mentum vetus, tollit enim plenitudinē ei⁹ à vestimento: & peior scissura fit. Neq; mittunt vinum nouū in vtres veteres. alioquin rumpuntur vtres, & vinū effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt: & ambo cōseruantur.* 34.

S. Marcus.

lioquin aufert supplementum nouum à veteri, & maior scissura fit. Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin dirumpit vinū vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt, sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet.* 37.

S. Lucas.

vtres veteres: alioquin rumpet vinum nouum vtres, & ipsum effundetur, & vtres peribunt, sed vinum nouum in vtres nouos mittendū est: & vtraque conseruantur. Et nemo bibens vetus, statim vult nouum, dicit enim, Vetus melius est.* 37.

S. Iohannes.

CAP. 34. *Filia Iairi principis synagogæ excitatur, & mulier à fluxu sanguinis liberatur. Matth. 9.* 32. Mar. 5.* 31. Luc 8.* 31.*

S. Matthæus.

HÆc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicēs, Domine filia mea modò defuncta est: sed veni, impone manum tuàm super eā, & viuet. Et surgens Iesus, sequebatur eum, & Di-

S. Marcus.

ET cū trāscēdisset Ies⁹ in naui rursum trās fretum, cōuenit turba multa ad eū, & erat circa mare. Et venit quidā de archisynagogis nomine Iairus: & vidēs eū, ꝓcidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multum, dicens, Quoniā filia mea ī extremis est, Veni, ĩpone man⁹ sup eā, vt salua sit & viuat. Et abiit cū illo, & seq̄batur eū turba multa, & cōprimebāt eū. Et mulier quę erat ī ꝓfluuio sanguinis annis duodecī, & fuerat multa ꝑpessa à cōpluribus medicis, & erogauerat oīa sua, nec quicquā ꝓfecerat, sed magis deterius habebat: cū audisset de Iesu, venít in turba retrò, &

S. Lucas.

FActum est autē, cùm rediisset Iesus, excepit illum turba. erant autem omnes expectātes eum. Et ecce venit vir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat: & cecidit ad pedes Iesu, rogās eum vt intraret in domū eius, quia vnica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hęc moriebatur. Et contigit, dum iret, à turbis comprimebatur. Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quę in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab vllo potuit curari: accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti eius: & confestim stetit fluxus

S. Iohannes.

S. Matthæus.

& discipuli eius. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se, Si tetigero tantùm vestimentũ eius: salua ero. At Iesus conuersus & videns eam, dixit, Cõfide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cùm venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tu-

S. Marcus.

tetigit vestimẽtũ eiꝰ. dicebat enĩ. Quia si vel vestimẽtũ eius tetigero, salua ero. Et cõfestĩ siccatus est fons sanguinis eius: & sẽsit corpore quia sanata esset à plaga. Et statim Iesus in semetipso cognoscẽs virtutẽ quæ exierat de illo, cõuersus ad turbã, aiebat, Quis tetigit vestimẽta mea? Et dicebãt ei discipuli sui, Vides turbã cõprimẽtẽ te, & dicis, Quis me tetigit? Et circunspiciebat videre eã quæ hoc fecerat. Mulier verò timẽs & tremẽs, sciens quod factũ esset in se venit & ꝓcidit ante eũ, & dixit ei oẽm veritatẽ. Ille autem dixit ei, Filia fides tua te saluã fecit: vade in pace, & esto sana à plaga tua. Adhuc eo loquẽte veniũt ad archisynagogũ, dicẽtes, Quia filia tua mortua est: quid vltrà vexas magistrũ? Iesus autẽ audito verbo qđ dicebãtur, ait archisynagogo, Noli timere: tãtũmodo crede. Et nõ admisit quenquã se sequi, nisi Petrũ & Iacobũ & Iohãnẽ fratrem Iacobi. Et veniũt in domũ archisynagogi, & videt tumultũ, et flẽtes, & eiulãtes multũ.

S. Lucas.

sanguinis eius. Et ait Iesus, Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus dixit Petrus, et qui cum illo erant, Præceptor, turbæ te cõprimunt & affligunt, et dicis, Quis me tetigit? Et dixit Iesus, Tetigit me aliquis. nam ego noui virtutem de me exiisse. Videns autem mulier, quia non latuit, tremens venit, & prócidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo: & quemadmodum confestim sanata sit. At ipse dixit ei, Filia, fides tua saluam te fecit: vade in pace. Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem synagogæ, dicens ei, Quia mortua est filia tua noli vexare illum. Iesus autem audito hoc verbo respondit patri puellæ, Noli timere: crede tantùm, & salua erit. Et cùm venisset domum, nõ permisit intrare secum quenquam, nisi Petrum, & Iacobum, & Iohannem, & patrem & matrem puellæ. Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit, Nolite

S. Iohannes.

S. Mathæus.

nultuátem dicebat, Re edite: non ſt enim nortua uella, ſed lormit. Et leridebant um. Et cùm eiecta eſſet turba intrauit: & tenuit manum eius. Et ſurrexit puella. Et exiit fama hæc in vniuerſam ter rã illã.* 35.

S. Marcus.

Et ingreſſus, ait illis, Quid turbamini & ploraris? puella nõ eſt mortua ſed dormit. Et irridebãt eũ. Ipſe verò eiectis oĩb9 aſſumit patrẽ et matrem puellę, & qui ſecũ erãt, et ingrediũtur vbi puella erat iacẽs. Et tens manũ puellę, ait illi, Talitha cumi, qđ eſt interꝑtatũ, Puella (tibi dico) ſurge, et cõfeſtĩ ſurrexit puella: & ambulabat. erat autẽ annorũ duodecĩ, & obſtupuerunt ſtupore magno. Et præcepit illis vehemẽter, vt nemo id ſciret: & dixit dari illi manducare.* 54.

S. Lucas.

Nolite flere, non eſt mortua puella, ſed dormit. Et deridebant eum, ſcientes quòd mortua eſſet. Ipſe autem tenens manum eius clamauit, dicens, Puella ſurge. Et reuerſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit continuò. Et iuſsit illi dare manducare. Et ſtuperunt parentes eius, quibus præcepit, ne alicui dicerent quod factum erat.* 55.

S. Iohannes.

CAP. 35. Duobus cæcis viſus reſtituitur, & ex alio dæmoniũ mutũ eijcitur. Mat. 9. 34.*

S. Matthæus.

ET tranſeunte inde Ieſu, ſecuti ſunt eũ duo cæci clamãtes & dicẽtes, Miſerere noſtri, fili Dauid. Cùm autẽ veniſſet domũ, acceſſerũt ad eũ cęci. Et dicit eis Ieſus, Creditis q̃a hoc poſsũ facere vobis? Dicũt ei, Vtiq; Dñe. Tũc tetigit oculos eorũ, dicẽs, Secũdũ fidẽ veſtrã fiat vobis. Et apti ſunt oculi eorũ, & cõminatus eſt illis Ieſus, dicẽs, Videte ne quis ſciat. Illi autẽ exeũtes, diffamauerũt eũ in tota terra illa. Egreſsis autẽ illis, ecce obtulerũt ei hoĩem mutũ, dęmoniũ habẽtẽ. Et eiecto dęmonio, locut9 eſt mutus, & miratę ſunt turbę, dicẽtes, Nunq̃ apparuit ſic i Iſrael. Phariſęi autẽ dicebãt, ĩ pricipe dęmoniorũ eiicit dęmones.* 55.

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

CAP. 36. Iesus sanato ad piscinam languido, qui triginta octo annos ea infirmitate laborauerat, iubet eum sabbato tollere grabatũ suum, & Iudæis id calũniantibus respõdet, eadẽ esse sua & patris sui opera. Ioh. 5. 24.*

S. Matthæus	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
			POst hęc erat dies festus Iudęorũ, & ascẽdit Iesus Ierosolymã. Est aũt Ierosolymis sup Probatica, piscina quę cognominatur Hebraicè Bethsaida, quinq; portic⁹ habẽs. In his iacebat multitudo magna lãguẽtiũ, cęcorũ, claudorũ, aridorũ expectãtiũ aquę motũ. Angelus autẽ Dñi descẽdebat secũdũ tẽpus ĩ piscinã: et mouebatur aqua. Et q prior descẽdisset ĩ piscinã post motionẽ aquę, sanus fiebat à quacunq; detinebatur infirmitate. Erat autẽ quidã homo ibi triginta & octo annos habẽs ĩ infirmitate sua. Hũc cũ vidisset Iesus iacẽtẽ, & cognouisset, q̃a iã multũ tẽpus haberet, dicit ei, Vis san⁹ fieri? Respõdit ei lãguidus, Dñe, hoĩem nõ habeo, vt cũ turbata fuerit aqua, mittat me in piscinã: dũ venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus, Surge, tolle grabatũ tuũ, & ambula. Et statim sanus factus est ille: & sustulit grabãtũ suũ, & ambulabat. Erat autẽ sabbathũ in die illo. Dicebãt ergo Iudæi, illi qui sanatus fuerat, Sabbathũ est, nõ licet tibi tollere grabatũ tuũ. Respõdit eis, Qui me sanũ fecit, ille mihi dixit, Tolle grabãtũ tuũ, & ambula. Interrogauerũt ergo eũ, Quis est ille homo qui dixit tibi, Tolle grabatũ tuũ, & ambula? Is autẽ qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit à turba cõstituta in loco. Postea inuenit eũ Iesus in tẽplo, & dixit illi, Ecce sanus factus es: iã noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Abiit ille homo, & nuntiauit Iudæis quia Iesus

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			esset qui fecit eũ sanũ. Propterea ꝑseque bãtur Iudęi Iesum, quia hęc faciebat in sabbatho. Iesus autẽ respõdit eis, Pater meus vsque modo operatur: & ego operor. Propterea ergo magis quęrebãt eũ Iudæi interficere: quia nõ solũ soluebat sabbathũ, sed & patrẽ suũ dicebat Deũ, æqualẽ se faciẽs Deo. Respõdit itaq; Iesus, & dixit eis, Amẽ, amen dico vobis, nõ potest Filius à se facere quicquã, nisi qđ viderit Patrẽ faciẽtẽ. quęcunq; enim ille fecerit, hęc & Filius similiter facit. Pater enim diligit Filiũ, & oĩa demõstrat ei quę ipse facit, & maiora his demõstrabit ei opera, vt vos miremini. Sicut enim Pater suscitat mortuos & viuificat: sic & Filius quos vult viuificat. Neq; enĩ Pater iudicat quenquã: sed omne iudiciũ dedit Filio, vt oẽs honorificent Filium, sicut honorificãt Patrẽ, qui nõ honorificat Filiũ, nõ honorificat Patrẽ, qui misit illum. Amen, amen dico vobis, quia qui verbũ meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. & in iudicium non venit: sed transiet à morte in vitam. Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei, & qui audierint, viuent. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & Filio habere vitã in semetipso: & potestatem dedit ei etiam iudicium facere, quia Filius hoĩs est. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua oẽs qui in monumẽtis sunt, audiẽt vocẽ eius, & ꝓcedẽt qui bona fecerunt, in resurrectionẽ vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionẽ iudicij. Non possum ego à meipso facere quicquam

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			quã. Sicut audio, iudico: & iudiciũ meũ iustũ est, quia nõ quæro voluntatẽ meã, sed volũtatẽ eius qui misit me. Si ego testimoniũ phibeo de meipso, testimoniũ meũ nõ est verũ. Alius est qui testimoniũ phibet de me: & scio quia verũ est testimoniũ qđ phibet de me. Vos misistis ad Iohãnẽ: & testimoniũ phibuit veritati. Ego autem nõ ab homine testimoniũ accipio: sed hæc dico vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardẽs & lucẽs. Vos autem voluistis ad horã exultare in luce eius. Ego autẽ habeo testimoniũ maius Iohãne. Opera enĩ quæ dedit Pater vt pficiã ea ipsa opera quæ ego facio, testimoniũ phibẽt de me quia Pater misit me, & qui misit me Pater, ipse testimoniũ perhibuit de me. neq; vocem eius vnq̃ audistis, neq; speciẽ eius vidistis, & verbum eius nõ habetis in vobis manẽs: quia quẽ misit ille, huic vos nõ creditis. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitã æternã habere: & illæ sunt quæ testimoniũ phibẽt de me: & nõ vultis venire ad me vt vitã habeatis. Claritatẽ ab hominibus nõ accipio. Sed cognoui vos quia dilectionẽ Dei nõ habetis in vobis. Ego veni in nomine Patris mei, & nõ accipitis me: si alius venerit in nomine suo, illũ accipietis. Quomodo vos potestis credere, qui gloriã abinuicem accipitis: & gloriã, quæ à solo Deo est, nõ quæritis? Nolite putare, quia ego accusaturus sim vos apud Patrẽ, est qui accusat vos, Moyses, in quo vos speratis. Si enĩ crederetis Moysi: crederetis forsitã & mihi. de me enĩ ille scripsit. Si autẽ illi' literis nõ creditis: quomodo verbis meis credetis? *57.

CAP.37. *Christus defendit Discipulos suos à calumnia Pharisaeorum, eos accusantium, quòd sabbatho spicas detraherent, manibusq; fricantes granis vescerentur.* Mat. 12.*47. Mar. 2.*33. Luc. 6.*33.

S. Matthaeus.

IN illo tēpore abiit Iesus p sata, sabbatho: discipuli autē ei⁹ esurientes cœperūt vellere spicas, & māducarē. Pharisæi autē vidētes, dixerūt ei, Ecce, discipuli tui faciūt qđ nō licet eis facere sabbathis. At ille dixit eis, Nō legistis quid fecerit Dauid quādo esuriit, & qui cū eo erāt: quomodo intrauit in domū Dei, & panes propositionis comēdit, quos nō licebat ei edere, neq; his qui cū eo erāt, nisi solis sacerdotib. Aut nō legistis in lege, qa sabbathis sacerdotes in tēplo sabbathū violant, & fine crimine sunt? Dico autem vobis, quia tēplo maior est hic. Si autē sciretis quid est, Misericordiā volo, & nō sacrificiū: nunq̄ cōdēnassetis innocentes: Dominus enim est filius hominis, etiam sabbathi.* 38.

S. Marcus.

ET factū est iterū cùm sabbathis ambularet p sata, & discipuli eius cœperunt progredi & vellere spicas. Pharisæi autem dicebant ei, Ecce, quid faciunt sabbathis quod non licet? Et ait illis, Nunquàm legistis quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit, et esuriit ipse et qui cum eo erant? quomodo introiuit in domū Dei sub Abiathar principe Sacerdotum, et panes ppositionis māducauit, quos non licebat mā ducare nisi sacerdotibus, et dedit eis qui cum eo erant. Et dicebat eis, Sabbathū propter hominem factum est: et non homo propter sabbathum. Itaque Dominus est filius hominis, etiam Sabbathi. *38.

S. Lucas.

FActum est autē in Sabbatho secundo primo, cùm transiret p sata, vellebant discipuli eius spicas, et manducabant cōfricātes manibus. Quidam autem Pharisæorum, dicebant illis, Quid facitis quod non licet in sabbathis? Et respondens Iesus ad eos, dixit, Nec hoc legistis qđ fecit Dauid, cùm esurisset ipse & qui cum illo erant: quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit his qui cum ipso erant, quos non licet manducare nisi tantùm sacerdotibus? Et dicebat illis, Quia Dominus est filius hominis, etiam sabbathi.* 38.

S. Iohannes.

CAP.38. *Sabbatho sanat in Synagoga manũ arefactã, & Pharisæos ea re offensos redarguit. Consilium illi ineunt cum Herodianis de Christi exitio. Ipse cũ discipulis ad mare secedit, et dæmonia è multis eicit, quibus interdicit, ne eum prodant, & palàm fateantur. Mat.12.*37. Mar.3.* 37. Luc.6.* 37.*

S. Matthæus.

ET cùm inde transisset, venit in synagogam eorum. Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum dicentes, Si licet sabbathis curare? vt accusarent eum. Ipse autem dixit illis, Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam: & si ceciderit hæc sabbathis in foueam, nónne tenebit & leuabit eam? Quántò magis melior est homo oue? Itaque licet sabbathis benefacere. Tunc ait homini, Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est sanitati sicut altera. Exeuntes autem Pharisæi, consilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eũ. Iesus autem sciens recessit inde: & secuti sunt eũ multi, & curauit eos oẽs: & præcepit eis, ne manifestum eum facerent. Vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetã, dicẽtẽ, Ecce puer meus quẽ elegi, dilectus meus in quo bene cõplacuit animę meæ. Ponam

S. Marcus.

ET introiuit iterum in synagogam: & erat ibi homo habens manum aridam. Et obseruabant eum si sabbathis curaret, vt accusarent illum. Et ait homini habẽti manũ aridam, Surge in mediũ. Et dicit eis, Licet sabbathis benefacere, an male? animam saluã facere, an perdere? At illi tacebant. Et circumspiciens eos cũ ira, contristatus super cęcitate cordis eorum, dicit homini, Extende manũ tuã. Et extendit: & restituta est manus illi. Exeũtes autem Pharisęi, statim cũ Herodianis cõsiliũ faciebant aduersus eum quomodo eum perderẽt. Iesus autẽ cum discipulis suis secessit ad mare: & multa turba à Galilæa & Iudæa secuta est eũ, & ab Ierosolymis, & ab Idumæa, & trãs Iordanẽ, & qui circa Tyrum, & Sidônem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum. Et dixit discipulis suis, vt nauicula sibi deseruiret, ꝑpter turbã, ne cõprimeret eũ.

S. Lucas.

FActũ est autẽ et in alio sabbato, vt intraret ĩ synagogã, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextra erat arida. Obseruabãt autem Scribæ & Pharisæi, si in sabbatho curaret: vt inuenirent vnde accusarẽt eũ. Ipse verò sciebat cogitationes eorũ: & ait homini q. habebat manũ aridam, Surge: & sta i mediũ. Et surgens stetit. Ait autẽ ad illos Iesus, Interrogo vos, si licet

S. Iohannes.

S. Matthæus.

spiritũ meũ sup eũ, et iudiciũ gẽtib⁹ nũtiabit. Nõ cõtẽdet, neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis vocẽ eius. arundinem quassatã nõ cõfriget, & linũ fumigãs non extinguet: donec eijciat ad victoriã iudiciũ: & ĩ nomine eius Gẽtes sperabũt. *46.

S. Marcus.

multos enĩ sanabat, ita vt irruerẽt in eũ vt illũ tãgerẽt quotquot habebãt plagas. Et spiritus immũdi, cũ illũ videbãt, pcidebãt ei: & clamabãt dicẽtes, Tu es filius Dei. Et vehemẽter cõminabatur eis, ne manifestarent illũ. *39.

S. Lucas.

sabbathis benefacere an male: animã saluã facere, an perdere? Et circũspectis omnibus, dixit homini, Extẽde manũ tuã. Et extendit: & restituta est manus eius. Ipsi autẽ repleti sunt insipientia: & colloquebãtur adinuicẽ, quid nã facerẽt Iesu. *39.

S. Iohannes.

CAP. 39. *Ascendit solus in montem: ibi post totam noctem in orando consumptam, ex discipulis suis seligit duodecim Apostolos, & in quibus sita sit beatitudo, edisserit. Matth. 5.* 25. *Mar. 3.* * 38. *Luc. 6.* * 38.

S. Matthæus.

VIdẽs autem turbas, ascẽdit in mõtẽ: & cùm sedisset, accesserũt ad eũ discipuli eius, & aperiẽs os suũ, docebat eos dicẽs Beati pauperes spiritu: quoniã ipsorum est regnum cælorũ. Beati mites: quoniã ipsi possidebũt terram. Beati qui lugent: quoniã ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniã ipsi saturabũtur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam cõsequẽtur. Beati mũdo corde: quoniã ipsi Deũ videbũt. Beati pacifici: qm̃ filij Dei vocabũtur. Beati q̃ psecutionẽ patiũtur pter iustitiã: quoniã ipsorũ est regnũ cęlorũ. Beati

S. Marcus.

ET adscẽdens in montem vocauit ad se quos voluit ipse: & venerunt ad eum. Et fecit vt essent duodecim cum illo: & vt mitteret eos prædicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eij-

S. Lucas.

FActum est autẽ in illis diebus, exiit in montẽ orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et cùm dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit. Simonem quem cognominauit Petrum, & Andrẽam fratrem eius, Iacobum & Iohannem, Philippum & Bartholomæum, & Matthæum & Thomã, Iacobum Alphæi, & Simonem qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacobi & Iudam Iscariotem, qui fuit pditor. Et descẽdẽs cũ illis, stetit in loco cãpestri, & turba discipulorũ eius, & multitudo copiosa plebis ab õni Iudęa &

S. Iohannes.

S. Matthaeus.

estis cũ maledixerint vobis, & psecuti vos fuerit, & dixerint omne malum aduersũ vos mẽtiẽtes, ꝓpter me: gaudete & exultate, quoniã merces vestra copiosa est in cęlis. sic enĩ psecuti sunt ꝓphetas, qui fuerũt ante vos. Vos estis sal terræ. Quòd si sal euanuerit, ĩ quo salietur? ad nihilũ valet vltrà, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominib. Vos estis lux mũdi. Nõ potest ciuitas abscõdi supra mõtẽ posita, neq; accẽdũt lucernã, & ponũt eã sub modio, sed sup cãdelabrũ, vt luceat omnib. qui ĩ domo sunt. Sic luceat lux vestra corã hominib⁹: vt videãt opera vestra bona, & glorificẽt patrẽ vestrũ qui in cęlis est. Nolite putare quoniã veni soluere legẽ aut ꝓphetas. nõ veni soluere: sed adĩplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælũ & terra, iota vnũ aut vnus apex nõ pręteribit à lege: donec omnia fiãt. Qui ergo soluerit vnũ de mãdatis istis minimis, & docuerit sic homines; minim⁹ vocabitur ĩ regno cęlorum, qui aũt fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cælorum. *40.

S Marcus.

& eiiciendi dæmonia. Et imposuit Simoni nomen Petrus. & Iacobum Zebedęi & Iohannem fratrem Iacobi: & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, filij tonitrui. & Andræam & Philippum & Bartholomæum & Matthęum & Thomã & Iacobum Alphæi, & Thaddęum & Simõnẽ Cananęum & Iudam Iscariôtem qui & tradidit illum. *49.

S. Lucas.

Ierusalem: & maritima & Tyri, & Sidônis, qui venerant vt audirent eũ, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur â spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat, Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquàm malum, propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cælo, secundùm hæc enim faciebant Prophetis patres eorum. Veruntamen væ vobis diuitibus, quia habetis consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis: quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. Væ cum benedixerint vobis oẽs homines. secũdũ hæc enĩ faciebãt pseudoprophetis patres eorum. *40.

S. Iohannes.

CAP. 40. Traduntur præcepta viuendi ad normam iustitiæ multo excellentioris perfectiorisq́, quàm sit Pharisæorum. Math. 5. 39. Luc 6.* 39.*

S. Matthæus.	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
Dico enim vobis, quia nisi abũdauerit iustitia vestra plus q̃ Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Audistis quia dictum est antiquis: Non occides. qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus erit consilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. Esto cõsentiens aduersario tuo citò dum es in via cum eo: ne fortè tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum quadrantẽ. Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad cõcupiscendum eam, iã mœchatus est eã in corde suo. Quòd si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te. expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quã totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextra manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehen-		Sed vobis dico qui auditis, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Benedicite maledicẽtibus vobis & orate ꝑ calumniãtibus vos. Et qui te percutit in maxillam, præbe & alteram. Et ab eo qui aufert tibi vestimẽtum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te, tribue & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. Et prout vultis vt faciãt vobis ho-	

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
gehennam. Dictum est autem, Quicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eã mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. Iterum audistis, quia dictum est antiquis, Non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis non iurare omnino, neque per cælum: quia thronus Dei est. neque per terram: quia scabellum est pedum eius. neque per Ierosolymam: quia ciuitas est magni regis. neque per caput tuum iuraueris; quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit sermo autem vester, est, est: non, non: quod autẽ his abundantius est, à malo est. Audistis quia dictum est, Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed siquis te percusserit in dexteram maxillam tuã, prębe illi & alterã: & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere; dimitte ei & pallium. & quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo. Qui petit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne auertaris. Audistis quia dictum est, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in cælis est, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos		mines, & vos facite illis similiter. Et si diligitis eos qui vos diligũt, quæ vobis est gratia? nam & peccatores, diligentes se diligunt. Et si benefeceritis his qui vobis benefaciũt, quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciũt. Et si mutuũ dederitis his à quibus speratis recipere: quæ gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiãt æqualia. Veruntamen diligite inimicos	

S. Matthaus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
eos qui vos diligunt, quã mercedem habebitis? nónne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantùm quid amplius facitis, nónne & ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est.* 45.		cos vestros: benefacite & mutuum date, nihil inde sperantes & erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos et malos. Estote ergo misericordes, sicut et pater vester misericors est.* 43.	

CAP. 41. *Cautiones & præcepta de Christianorum eleemosyna, precibus & ieiunio.* Matth. 6. * 40.

S. Matthaus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
ATtendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Et cum oratis, non eritis sicut hypocritę, qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem suã. Tu autē cũ oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrē tuũ in abscondito: et pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Orantes autem no-			

S. Matthæus.	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
nolite multum loqui, ſicut ethnici: putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſsimilari eis; ſcit enim pater veſter, quid opus ſit vobis, antequàm petatis eum. Sic ergo vos orabitis, Pater noſter qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo Amen. Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum; dimittet & vobis Pater veſter cęleſtis delicta veſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus; nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Cum autem ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ, triſtes. exterminant enim facies ſuas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis quia receperunt mercedem ſuam. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua; ne videaris hominibus ieiunãs, ſed patri tuo qui eſt in abſcondito; & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.* 42.			

CAP. 42. *Fugienda terreſtria, quærenda cæleſtia: Deus à toto homine colendus. Cauenda peruerſa ſolicitudo de rebus huius vitæ. Matth. 6.* 41.*

S. Matthæus.	*S. Marcus.*	*S. Lucas*	*S. Iohannes.*
NOlite theſaurizare vobis theſauros in terra: vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiũt & furantur. Theſaurizate autem vobis theſauros in cælo: vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures			

non

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
non effodiunt nec furãtur. Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex: totũ corpus tuũ lucidũ erit. Si autẽ oculus tuus fuerit nequã: totũ corpus tuũ tenebroſum erit. Si ergo lumẽ qđ in te eſt, tenebræ ſunt: ipſæ tenebræ quãtæ erunt? Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. aut enĩ vnũ odio habebit, & alterũ diliget: aut vnũ ſuſtinebit, & alterũ cõtẽnet. Nõ poteſtis Deo ſeruire, & mãmonæ. Ideo dico vobis, ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini. Nónne anima plus eſt q̃ eſca: & corpus plus quàm veſtimẽtũ? Reſpicite volatilia cęli, quoniã nõ ſerũt, neq; metunt, neq; cõgregant in horrea: & Pater veſter cæleſtis paſcit illa. Nõne vos magis pluris eſtis illis? Quis autẽ veſtrûm cogitãs, poteſt adiicere ad ſtaturã ſuã cubitum vnũ? Et de veſtimento quid ſoliciti eſtis? Cõſyderate lilia agri quomodo creſcũt: nõ laborãt neq; nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomõ in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnũ ex iſtis. Si aũt fœnũ agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quãtò magis vos minimę fidei? Nolite ergo ſoliciti eſſe, dicentes, Quid mãducabim⁹, aut quid bibem⁹, aut quo operiemur? hęc enim omnia gẽtes inquirunt. Scit enim pater veſter, q̃a his omnib⁹ indigetis. Quęrite ergo primùm regnum Dei & iuſtitiã eius: & hæc omnia adiicientur vobis. Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinum. Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibiipſi. ſufficit diei malitia ſua. *43. CAP.			

CAP. 43 Nō temerè de quoquā iudicandum, nec omnia promiscuè omnibus proponenda. Exemplum vitæ non petendū à multitudine. Cauendi falsi doctores, & ad præcepta Philosophiæ Euangelicæ hic à Christo tradita non aures modò adhibendæ, sed multò etiam magis actiones accommodandæ.

*Matth. 7. * 42, Luc. 6. * 40.*

S. Matthæus.

NOlite iudicare, vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: & trabē in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo, Sine, eiiciam festucā de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpāt vos. Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enī qui petit, accipit: & qui quęrit, inuenit: & pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, quē si petierīt filius suus panē, nunquid lapi-

S. Marcus.

S. Lucas.

NOlite iudicare, & nō iudicabimini. nolite condēnare, & nō cōdēnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis. mensurā bonam & cōfertam, & coagitatam & supereffluentē dabunt in sinum vestrum. Eādē quippe mensura qua mēsi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis & similitudinem. Nunquid potest cæcus cæcum ducere? nónne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrū: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem, quę in oculo tuo est, non consyderas? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine, eiiciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo: & tunc perspicies vt edu-

S. Iohannes.

S. Mattheus.

dem porriget ei? Aut si piscē petierit, nunquid serpentem porriget ei? Si ergo vos cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quantò magis Pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus se? Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines: & vos facite illis. Hæc est enim lex & Prophetę. Intrate per angustā portam: quia lata porta, & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quàm angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitā: & pauci sunt qui inueniunt eam! Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. à fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autē arbor, malos fructus facit. Non potest arbor bona, malos fructus facere: neque arbor mala bonos fruct⁹ facere: Omnis arbor quę non facit fructū bonū, excidetur & in ignē mittetur. Igitur ex fructibus eorū cogno-

S. Marcus.

S. Lucas.

educas festucam de oculo fratris tui. Non est enim arbor bona quæ facit fructus malos: neque arbor mala, faciens fructum bonum. Vnaquęq; enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus: neque de rubo vindemiant vuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis, os loquitur. Quid autem vocatis me Domine, Domine: & non facitis quæ dico? Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos: ostendam vobis cui similis sit. similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram. inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat super petram. Qui autem audit, & non facit: similis est homini ædificanti domum suā super terram sine fundamento: in quam illisus est fluuius, & cōtinuò cecidit

S. Iohannes.

S. Matthæus.	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
ſcetis eos. Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatẽ Patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc cõfitebor illis, Quia nunq̃ noui vos: diſcedite à me qui operamini iniquitatẽ. Omnis ergo qui audit verba mea hęc, & facit ea: aſsimilabitur viro ſapiẽti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petrã, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. fundata enim erat ſuper petram. Et omnis qui audit verba meà hęc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam: & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illã, & cecidit, & fuit ruina illius magna. Et factum eſt: cùm conſummaſſet Ieſus verba hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrina eius. Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum & Phariſæi. *44.		& facta eſt ruina domûs illius magna. *44.	
CAP. 44.			

CAP. 44. *Leprosus manu Christi tactus mundatur.*
Matth. 8 43. Mar. 1.* 28. Luc. 5.* 26.*

S. *Matthaeus.*

CVM autem descẽdisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ: & ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens, Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus, Vide, nemini dixeris: sed vade, ostende te Sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moses in testimonium illis.
* 45.

S. *Marcus.*

ET venit ad eũ leprosus deprecans eum: & genu flexo dicit ei, Si vis, potes me mundare. Iesus autem misertus eius, extendit manum suã: & tangens eum, ait illi, Volo, Mundare. Et cùm dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. Et comminatus est ei, statimque eiecit illum: & dicit ei, Vide, nemini dixeris: sed vade, osten de te principi sacerdotum, & offer pro emundatione tua, quæ præcepit Moyses, in testimonium illis. At ille egressus cœpit prædicare & diffamare sermonẽ: ita vt iam non posset manifestè introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esset & conueniebant ad eum vndique.* 32.

S. *Lucas.*

ET factum est, cùm esset in vna ciuitatum, & ecce vir plenus lepra, & videns Iesum, & procidens in faciem, rogauit eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens manum, tetigit eum, dicens, Volo, Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo. & ipse præcepit illi vt nemini diceret, sed, Vade, ostẽde te Sacerdoti, & offer pro emũdatione tua, sicut præcepit Moyses, in testimonium illis. Perambulabat autem magis sermo de illo. & conueniebant turbæ multæ vt audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in desertum, & orabat.* 32.

S. *Iohannes.*

CAP. 45. Sanatur famulus Centurionis, Matth. 8.* 44. Luc. 7.* 43.

S. Matthæus.

CVM autem introisset Capharnaum, accessit ad eũ Centurio, rogans eum, & dicens, Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Iesus, Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait, Domine non sum dignus vt intres sub tectum meũ: sed tãtùm dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & seruo meo fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus, miratus est: & sequentibus se dixit, Amen dico vobis non inueni tantã fidẽ in Israël. Dico autem vobis, quòd multi ab Oriẽte & Occidẽte venient, & recumbent cum Abrahã & Isaac & Iacob in regno cęlorum: filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni, Vade: & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.* 28.

CAP. 46.

S. Marcus.

S. Lucas.

CVM autẽ implesset oĩa verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaũ. Cẽturionis autẽ cuiusdã seruus malè habens, erat moriturus, q illi erat pretiosus. Et cũ audisset de Iesu, misit ad eũ seniores Iudæorũ, rogãs eũ, vt veniret, & saluaret seruũ eius. At illi cùm venissent ad Iesum, rogabãt eũ solicitè, dicẽtes ei, Quia dign⁹ est vt hoc illi pręstes. diligit enĩ gẽtẽ nostrã, & synagogã ipse ædificauit nobis. Iesus autẽ ibat cũ illis. Et cũ iã nõ lõgè esset à domo misit ad eũ Cẽturio amicos, dicẽs, Dñe, noli vexari. Nõ enĩ sum dignus, vt sub tectũ meũ intres. ꝓpter qđ & meipsum nõ sũ dignũ arbitrat⁹ vt venirẽ ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer me⁹. nã & ego homo sũ sub potestate cõstitut⁹, habẽs sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alij, veni, & venit & seruo meo, fac hoc, & facit Quo audito, Iesus miratus est: & cõuersus, sequẽtibus se turbis, dixit, Amẽ dico vobis, nec in Israel tãtã fidẽ inueni. Et reuersi qui missi fuerãt, domum: inuenerunt seruum, qui languerat, sanum.* 46.

S. Iohannes.

CAP.46. *Filius vidue mortuus à Iesu excitatur. Luc.7.* * 45.

S. Matthaus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
		ET factũ eſt, deĩceps ibat ĩ ciuitatẽ quę vocatur Naĩ:& ibãt cũ eo diſcipuli eius & turba copioſa. Cũ aũt appropĩquaret portę ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris ſuæ: & hęc, vidua erat: & turba ciuitatis multa cũ illa. Quã cũ vidiſſet Dominus, miſericordia motus ſup eã, dixit illi, Noli flere. Et acceſsit, & tetigit loculũ. Hi autẽ q portabãt, ſteterunt. Et ait, Adoleſcẽs, tibi dico, ſurge. Et reſedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illũ matri ſuę. Accepit autem oẽs timor: & magnificabãt Deum, dicentes, Quia ꝓpheta magnus ſurrexit in nobis: & quia Deus viſitauit plebẽ ſuã. Et exiit hic ſermo in vniuerſam Iudæam de eo, & in omnem circa regionem. * 47.	

CAP.47. *Iohannes Baptiſta è carcere mittit duos ex diſcipulis ſuis ad Chriſtum. Quibus cũ reſponſo remiſsis, Chriſtus ad turbas cõuerſus præclarum de Iohanne dicit teſtimonium, & ciuitatibus quibus prædicauerat non reſipiſcentibus comminatur. Matth.11.* * 55. *Luc.7.* * 46.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
IOhãnes autẽ cũ audiſſet ĩ vinculis opera Chriſti: mittẽs duos de diſcipulis ſuis, ait illi, Tu es qui ventur⁹ es, an aliũ expectam⁹? Et reſpõdẽs Ieſus ait illis, Euntes renuntiate Iohanni quę audiſtis & vidiſtis. Cęci vidẽt, claudi ambulãt, leproſi mũdãtur, ſurdi audiũt, mortui reſurgũt, pauperes euangelizantur: & beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me.		ET nũtiauerũt Iohãni diſcipuli eius de omnib. his. Et cõuocauit duos de diſcipulis ſuis Iohãnes: & miſit ad Ieſũ, dicẽs, Tu es qui vẽtur⁹ es: an aliũ expectamus? Cũ aũt veniſsẽt ad eũ viri, dixerũt, Ioãnes Baptiſta miſit nos ad te, dicẽs, Tu es q vẽtur⁹ es: an aliũ expectamus? In ipſa autẽ hora, multos curauit à lãguorib. & plagis, & ſpiritib. malis: & cęcis multis donauit viſũ. Et reſpõdens dixit illis, Euntes re-	

S. *Matthæus.* S. *Marcus.* S. *Lucas.* S. *Iohannes*

S. Matthæus.

Illis autē abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Iohanne, Quid existis in desertum videre? arundinē vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitū? Ecce qui mollibus vestiūtur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? prophetam? Etiam dico vobis, & plus quàm prophetá. Hic est enim de quo scriptum est, Ecce, ego mitto Angelum meū ante faciem tuá, qui præparabit viá tuá ante te. Amē dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Iohanne Baptista: qui autē minor est in regno cœlorum, maior est illo. A diebus autem Ioannis Baptistæ vsque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Omnes enim prophetæ & lex, vsque ad Iohannem prophetauerunt: & si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus est. Qui habet aures audiendi, audiat. Cui autem similem æstimabo generationem istá? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus, dicunt, Cecinimus vobis, & non

S. Lucas.

nūtiate Iohāni quę audistis & vidistis: Quia cęci vidét, claudi ambulát, leprosi mūdátur, surdi audiunt, mortui resurgūt, pauperes euágelizátur: & beatus est quicunq; nō fuerit scádalizatus in me. Et cū discessissent nūtij Iohannis, cœpit de Iohāne dicere ad turbas, Quid existis í desertū videre? arūdiné vento moueri? Sed quid existis videre? hominē mollib⁹ vestimétis indutū? Ecce, q̄ i veste p̄tiosa sunt & delitiis, in domib⁹ regū sunt. Sed quid existis videre? p̄phetá? Vtiq; dico vobis, & plus qùá prophetá. hic est de quo scriptū est: Ecce mitto angelū meū ante faciē tuá, q pręparabit viá tuá ante te. Dico enī vobis, maior inter natos mulierū p̄pheta Iohāne Baptista nemo est. q autē minor est in regno Dei, maior est illo. Et omnis popul⁹ audiés & publicani, iustificauerūt Deū, baptizati baptismo Iohānis. Pharisæi autē & legis periti cōsiliū Dei spreuerūt in semetipsos, nō baptizati ab eo. Ait aūt Dominus, Cui ergo similes dicá hoīes generationis huius, & cui similes sunt? Similes sunt pueris se-

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
& non saltastis: lamentauimus, & non planxistis. Vénit enim Iohannes neque manducans neque bibens: & dicũt, Dæmonium habet. Vénit filius hominis manducans & bibens, & dicunt, Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filiis suis. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam. Væ tibi Corozàin væ tibi Beth-saida: quia si in Tyro & Sidône factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Verũtamen dico vobis, Tyro & Sydôni remissius erit in die iudicij, quàm vobis. Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in infernum descẽdes. quia si in Sodomis factę fuissent virtutes quę factæ sunt in te, fortè mãsissent vsque in hanc diẽ. Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quã tibi. In illo tempore respõdens Iesus dixit, Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quoniam sic fuit placitũ ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* 37.		dentibus in foro, & loquentibus adinuicẽ, et dicentibus, Cãtauimus vobis tibiis & non saltastis: lamẽtauimus, & non plorastis. Venit aũt Iohãnẽs Baptista neq; mãducãs panẽ, neq; bibẽs vinũ: & dicitis, Dæmoniũ habet. Venit Filius hoĩs mãducans & bibẽs: & dicitis, Ecce homo deuorator & bibẽs vinũ, amicus publicanorũ & peccatorum. Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis.* 48.	
		I	Cap. 4.

CAP.48. *Mulieri peccatrici remittuntur peccata multa, eò quòd multum dilexerit. Luc.7.* 47.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
		Rogabat autẽ illũ quidã de Phariſęis vt manducaret cũ illo. Et ingreſſus domũ Phariſęi diſcubuit. Et ecce mulier quę erat in ciuitate, peccatrix, vt cognouit qđ accubuiſſet ĩ domo Phariſęi, attulit alabaſtrũ vnguẽti: & ſtãs retro ſec⁹ pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes ei⁹, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes ei⁹, & vnguẽto vngebat. Vidẽs autẽ Phariſæus q̃ vocauerat eũ, ait intra ſe, dicẽs, Hic ſi eſſet ꝓpheta, ſciret vtiq; quæ & qualis eſt mulier quę tãgit eũ, q̃a peccatrix eſt. Et reſpõdẽs Ieſ⁹, dixit ad illũ, Simõ, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magiſter, dic. Duo debitores erãt cuidã fœneratori: vn⁹ debebat denarios quingẽtos, & alius quiquagita. Nõ habẽtibus illis vnde redderẽt, donauit vtriſq;. Quis ergo eũ plus diligit? Reſpõdẽs Simõ dixit, Æſtimo q̃a is cui plus donauit. At ille dixit ei, Rectè iudicaſti. Et cõuerſus ad mulierẽ, dixit Simõni, Vides hãc mulierẽ? Intraui in domũ tuã, aquã pedib⁹ meis nõ dediſti: hęc autẽ lachrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oſculum mihi nõ dediſti: hęc autem ex quo intraui, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meũ nõ vnxiſti: hęc autẽ vnguento vnxit pedes meos. Propter qđ dico tibi, Remittũtur ei peccata multa, quoniã dilexit multũ. Cui autẽ minus dimittitur, minus diligit. Dixit autẽ ad illã, Remittũtur tibi peccata. Et cœperũt, q̃ ſimul accũbebãt, dicere intra ſe, Quis eſt hic q̃ etiã peccata dimittit? Dixit autẽ ad mulierẽ, Fides tua te ſaluã fecit, vade in pace.* 55.	

CAP. 49. *Cæcus beneficio Christi videt, & à dæmonio muto liberatur. Pharisæi diuinum hoc Christi factum malitiosè calumniãtes refelluntur. Generatio praua & adultera signum quærit. Matth. 12. * 38. Marc. 3. * 39. Luc. 11. * 86.*

S. Matthæus.

TVnc oblatus est ei dęmonium habens cæcus & mutus: & curauit eũ, ita vt loqueretur & videret. Et stupebant oẽs turbę, & dicebãt, Nunquid hic est filius Dauid? Pharisęi autẽ audientes dixerunt, Hic nõ eiicit dæmones nisi in Beel-zebub principe dęmoniorum. Iesus autẽ sciens cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum diuisum cõtra se, desolabitur, & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit. Et si satanas satanã eiicit, aduersus se diuisus est: quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in Beel-zebub eiicio dæmones: filij vestri in quo eiiciunt? Ideò ipsi iudices vestri erunt. Si autem ego in spiritu Dei eiicio dæmones: igitur peruenit in vos regnum Dei. aut quomodo potest quisquã intrare in domum fortis, & vasa eius diripere: nisi prius alligauerit fortem, & tũc domum

S. Marcus.

ET veniunt ad domum & conuenit iterum turba, ita vt nõ possent neque panem mãducare. Et cùm audissent sui, exierũt tenere eum. dicebant enim, Quoniam in furorem versus est. Et Scribæ qui ab Ierosolymis descenderãt, dicebant, Quoniam Beelzebub habet, & quia in Principe Dæmoniorum eij-

S. Lucas.

ET erat eiiciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cùm eiecisset dæmoniũ, locutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt, In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Et alij tentantes, signum de cælo quærebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem & Satanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me eiicere dæmonia. Si autem ego in Beelzebub eiicio dęmonia: filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi, iudices vestri erunt. Porrò si in digito Dei eiicio dæmonia: profectò peruenit in vos regnum Dei. Cùm fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens

S. Iohannes.

S. Matthæus.

domum illius diripiet? Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit. Ideo dico vobis omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia nō remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, nō remittetur ei neque in hoc seculo, neq; in futuro. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. siquidem ex fructu arbor agnoscitur. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali? ex abūdantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona: & malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationē de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis cōdemnaberis. Tunc responderunt ei quidam de Scri

S. Marcus

eiicit dæmonia. Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis, Quomodo potest satanas satanā eiicere? Et si regnum in se diuidatur, non potest regnum illud stare. Et si domus sup semetipsam dispertiatur: non potest domus illa stare. Et si satanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & nō poterit stare, sed finem habet. Nemo potest vasa fortis ingressus in domum diripere, nisi prius fortē alliget, &

S. Lucas.

niens vicerit eum: vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui nō est mecum, contra me est: & qui non colligit mecū, dispergit. Cûm immundus spiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquosa, quærens requiem. Et non inueniens dicit, Reuertar in domū meā vnde exiui. Et cum venerit, inuenit scopis mundatam & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitāt ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.* 50.

Turbis autem concurrentibus cœpit dicere, Generatio hæc, generatio nequam est: signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis: ita erit & filius hominis generationi isti. Regina Austri surget in iudicio cum viris generationis huius, & condēnabit illos: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. & ecce

S. Iohannes.

S. Matthæus.

bis & Pharisæis, dicentes, Magister, volumus à te signũ videre. Qui respondēs ait illis, Generatio mala & adultera signũ quærit: & signũ nō dabitur ei, nisi signũ Ionæ Prophetę. Sicut enim fuit Ionas in vētre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condēnabũt eā: quia pœnitentiā egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus quàm Ionas hîc. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & cōdēnabit eā: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plus quā Salomō hic. Cùm autē immũdus spiritus exierit ab homine, ambulat p loca arida quęrēs requiē, & nō inuenit. Tũc dicit, Reuertar in domũ meam vnde exiui. Et veniēs inuenit eā vacantem, scopis mũdatā, & ornatā. Tũc vadit, & assumit septē alios spiritus secum nequiores se, & intrātes habitāt ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus Sic erit & generationi huic pessimæ. * 50.

S. Marcus.

tunc domũ eius diripiet. Amen dico vobis quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata & blasphemię quibus blasphemauerint. qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti. Quoniam dicebant, Spiritum immundum habet. * 50.

S. Lucas.

& ecce plus quàm Salomō hîc. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam, quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ. & ecce plus quàm Ionas hîc. Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio: sed supra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumē videant. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiā corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, nō habens aliquam partem tenebrarum: erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. * 87.

S. Iohannes.

CAP. 50. *Carnali cognationi præfertur Spiritalis, vt matri & fratribus verbi diuini cultores; Matth. 12. * 49. Marc. 3. * 49. Luc. 11. * 49.*

S. Matthæus.

ADhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam, Ecce mater tua & fratres tui foris stant quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi ait, Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in Discipulos suos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est: ipse meus frater & soror, & mater est. * 51.

S. Marcus.

ET veniunt mater eius & fratres: & foris stantes miserunt ad eum vocantes eum, & sedebat circa eum turba: & dicunt ei, Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. Et respondens eis, ait, Quæ est mater mea & fratres mei? Et circumspiciens eos qui in circuitu eius sedebant, ait, ecce mater mea & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est. * 51.

S. Lucas.

FActum est autẽ: cùm hæc diceret, extollens vocem quædã mulier de turba dixit illi, Beatus venter qui te portauit, & hubera quæ suxisti. At ille dixit, Quinimò beati qui audiunt verbum Dei, & custodiũt illud. * 49.

*Cap. 8. * 51.*

Venerunt autem ad illum mater & fratres eius: & non poterant adire eum prę turba. Et nuntiatum est illi, Mater tua & fratres tui stant foris volentes te videre. Qui respondens, dixit ad eos, Mater mea & fratres mei, hi sunt qui verbum Dei audiunt & faciunt. * 50.

S. Iohannes.

CAP. 51.

CAP. 51. *Christus turbam docturus per parabolas, incipit à parabola seminantis, Matth 13.* 50, Mar, 4.* 50, Luc. 8.* 55.*

S. Matthæus.

IN illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare. Et congregatæ sunt ad eum turbæ multę, ita vt in nauiculam ascendens sederet: & omnis turba stabat in littore, & locutus est eis multa in parabolis, dicens, Ecce exiit qui seminat, seminare. Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres cæli & comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terram multam: & continuò exorta sunt, quia non habebant altitudinē terræ. sole autem orto, æstuauerunt: & quia non habebant radicem, aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas: & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea. Alia aūt ceciderunt in terrā bonā: & dabāt fructum,

S. Marcus.

ET iterum cœpit docere ad mare: & congregata est ad eum turba multa, ita vt nauim ascendens sederet in mari, & omnis turba circa mare super terram erat: & docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua, Audite: ecce, exiit seminans ad seminandum. Et dū seminat, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres cæli, & comederunt illud. Aliud verò cecidit super petrosa, vbi non habuit terram multā: & statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terræ: & quādo exortus est sol, exæstuauit, & eò quòd non habebat radicem, exaruit. Et aliud cecidit in spinas: & ascenderunt spinæ, & suffocauerunt illud, & fructū non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam:

S. Lucas.

CVM autem turba plurima cōueniret, & de ciuitatibus properarēt ad eum, dixit per similitudinem: Exiit qui seminat, seminare semen suum. & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederūt illud. Et aliud cecidit supra petram: & natum aruit, quia nō habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum, fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat, Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris

 au-

S. Iohannes.

S. Matthæus.

ctum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud triceſimum. Qui habet aures audiendi, audiat. Et accedētes diſcipuli dixerunt ei, Quare in parabolis loqueris eis? Qui reſpondens ait illis, Quia vobis datū eſt noſſe myſteria regni cælorum: illis autem non eſt datum. Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis: quia vidētes non vident, & audientes non audiunt neque intelligunt. & adimpletur in eis ꝓphetia Iſaiæ dicens, Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt: nequando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant & conuertantur,

S. Marcus.

nam: & dabat fructum aſcēdentem & creſcentem, & afferebat vnum triginta, vnum ſexaginta, & vnum centum. Et dicebat, Qui habet aures audiendi audiat. Et cùm eſſet ſingularis, interrogauerunt eum hi, qui cum eo erant duodecim, parabolam. Et dicebat eis, Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: illis autem qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt: vt videntes videant, & non videant: & audientes audiant, & non intelligant: nequando conuertantur & dimittātur eis peccata. Et ait illis, Neſcitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoſcetis? Qui ſeminat: verbū ſeminat. Hi autem ſunt qui circa viam: vbi ſeminatur verbum, & cū audierint, confeſtim venit ſatanas, & aufert verbum quod ſeminatum eſt in cordibus eorum. Et hi ſunt

S. Lucas.

autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Eſt autem hęc parabola: Semen, eſt verbum Dei. Qui autem ſecus viam: hi ſunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credētes ſalui fiant. Nam qui ſupra petram: qui cùm audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum: et hi radices non habent: quia ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt. Quod autem in ſpinas cecidit: hi ſunt qui audierunt: et à ſolicitudinibus, et diuitiis, et voluptatibus vitæ, euntes, ſuffocantur, et non referunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi ſunt qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent & fructum afferunt in patientia. Nemo autem lucernam accendens, operit eam vaſe, aut ſubtus lectū po-

S. Iohannes.

S. Matthæus.

tur, & sanem eos. Vestri autem beati oculi quia vident, & aures vestrę quia audiunt. Amen quippe dico vobis quia multi prophetę & iusti cupierunt videre quæ videtis, & nō viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Vos ergo audite parabolam seminantis. Omnis qui audit verbum regni & nō intelligit, venit malus, & rapit quod seminatum est in corde eius: hic est qui secus viam seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus est: hic est qui verbum audit, & cōtinuò cum gaudio accipit illud, non habet autem in se radicem, sed est temporalis. facta autē tribulatione & persecutione propter verbum, continuò scandalizatur. Qui autē seminatus est in spinis: hic est qui verbum audit, & solicitudo seculi istius & fallacia diuitiarū suffocat verbum, & fine fructu efficitur. Qui verò in terram bonā seminatus est: hic est qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem cētesimum, aliud autem sexagesimū, aliud verò tricesimū. *51.

S. Marcus.

sunt similiter, qui sup petrosa seminātur: qui cùm audierint verbū, statim cū gaudio accipiunt illud: et nō habēt radicē in se, sed tēporales sunt, deinde orta tribulatione & ꝑsecutione ꝓpter verbū, cōfestim scandalizātur. Et alij sunt qui in spinis seminātur: hi sunt qui verbū audiūt, & ęrūnę seculi, & deceptio diuitiarū, & circa reliqua cōcupiscētiæ introeūtes suffocāt verbū, & sine fructu efficitur. Et hi sunt qui sup terrā bonā seminati sunt, qui audiūt verbū & suscipiūt, & fructificāt, vnum triginta vnū sexaginta, & vnū cētum. Et dicebat illis, Nūquid venit lucerna vt sub modio ponatur? aut sub lecto? nōnne vt sup cādelabrum ponatur? Nō est enim aliquid abscōditū qđ nō manifestetur: nec factū est occultū, sed vt in palā veniat. Si quis habet aures audiēdi, audiat. Et dicebat illis: Videte quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, & adiicietur vobis. Qui enim habet, dabitur illi: & qui nō habet, etiam quod habet, auferetur ab eo. * 52.

S. Lucas.

ponit: sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videāt lumē. Non est enim occultum quod non manifestetur: nec abscōditū quod nō cognoscatur, & in palàm veniat. Videte ergo quo modo audiatis. Qui enim habet dabitur illi: & quicunque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. *50.

S. Iohannes.

CAP. 52. *Parabola Zizaniorum, seminis crescentis, grani Sinapis.*
Matth. 13. * 51. *Mar.* 4. * 51.

S. Mathæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
ALiam parabolam proposuit illis, dicens, Simile factum est regnum cælorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. cùm autem dormirent homines, vênit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cùm autem creuisset herba, & fructum fecisset: tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patrisfamiliâs, dixerunt ei, Domine, nónne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei, Vis imus, & colligimus ea? Et ait, Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite vtraque crescere vsque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus, Colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad cõburendum, triticum autem congregate in horreum meum. Aliam parabolam proposuit eis, dicens, Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo. quod minimum quidem est omnibus seminibus: cùm autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cęli veniant, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus: donec fermẽtatum est totum. Hæc omnia locutus est Iesus in	ET dicebat Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementẽ in terram, & dormiat, & exurgat nocte & die, & semẽ germinet, & increscat dum nescit ille. Vltrò enim terra fructificat, primũ herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Et cũ se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam ad-		

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictũ erat per prophetam dicentem, Aperiã in parabolis os meũ, eructabo abscondita à cõstitutione mundi. Tunc dimissis turbis venit in domum: & accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes, Edissere nobis parabolá zizaniorum agri. Qui respondens ait illis, Qui seminat bonum semen, est filius hominis. Ager autem: est mundus. Bonum verò semen: hi sunt filij regni. Zizania autem: filij sunt nequam. Inimicus autem qui seminauit ea: est diabolus. Messis verò, cõsummatio seculi est. Messores autẽ: angeli sunt. Sicut ergo colligũtur zizania, & igni cõburuntur: sic erit in cõsummatione seculi. mittet filius hominis angelos suos, & colligẽt de regno eius omnia scãdala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminũ ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum Qui habet aures audiendi, audiat.* 53.	adest messis. Et dicebat, Cui assimilabimus regnum Dei? aut cui parabolę comparabimus illud? Sicut granum sinapis: quod cùm seminatũ fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quæ sunt in terra? & cùm seminatum fuerit, ascendit & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita vt possint sub vmbra eius aues cæli habitare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire: sine parabola autem non loquebatur eis. seorsum autem, discipulis suis disserebat omnia.* 30.		

CAP. 53. Parabolæ thesauri absconditi in agro, margaritæ à mercatore emptæ, & retis in mare demissi. Matth. 13. * 52.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
Simile est regnum cęlorum thesauro absc̄odito in agro: quem qui inuênit homo, abscondit, & prę gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrū illū. Iterū simile est regnum cęlorum homini negotiatori, quęrēti bonas margaritas. Inuenta aūt vna pretiosa margarita, abiit, & vendidit omnia quę habuit, & emit eā. Iterū simile est regnū cælorū sagenæ missę in mare, & ex omni genere piscium congregāti: quā, cùm impleta esset, educentes, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autē foras miserunt Sic erit in consummatione seculi. exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorū, & mittent eos in caminum ignis. ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis hęc omnia? Dicunt ei, Etiā. Ait illis, Ideo, omnis scriba doctus in regno cęlorum, similis est homini patrifamiliâs, qui profert de thesauro suo noua & vetera. * 54.			

CAP. 54. Christus à popularibus suis male acceptus, dum in Nazareth eos doceret, ipsorum ingratitudinem & incredulitatem arguit. Matth. 13. * 53. Mar. 6. * 34. Luc. 4. * 23.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
ET factum est: cùm cōsummasset Iesus parabolas istas, transiit inde. Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita vt mirarentur. & dicerent, Vnde huic sapientia hęc,	ET egressus inde, abiit in patriā suā: & sequebâtur eū discipuli sui. & facto sabbatho cœpit in synagoga docere: & multi audiētes admirabātur ī doctrina ei⁹, dicētes, Vnde huic hæc omnia? & q̄ est sapiētia q̄ data est illi,	ET venit Nazareth vbi erat nutritus: & intrauit secundûm consuetudinē suā	

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
& virtutes? Nónne hic est fabri filius? Nónne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph, & Simon & Iudas: & sorores eius nónne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scãdalizabãtur in eo. Iesus autẽ dixit eis, Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.* 56.	& virtutes tales quę ꝑ manus eius efficiũtur? Nónne hic est faber, filius Marię, frater Iacobi & Ioseph & Iudę & Simõnis? nõne & sorores eius hîc nobiscum sunt? Et scandalizabãtur in illo. Et dicebat illis Iesꝰ, Quia nõ est ꝑpheta sine honore, nisi ĩ patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. & non poterat ibi virtutẽ vllã facere: nisi paucos infirmos impositis manibus curauit: & mirabatur propter incredulitatem eorum.* 55	suam die sabbathi in synagogã: & surrexit legere. Et traditus est illi liber Isaiæ prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat, Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cęcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annũ Domini acceptum, & diem retributionis. Et cùm plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos. Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant, Nónne hic est filius Ioseph? Et ait illis, Vtique dicetis mihi hanc similitudinem, Medice, cura teipsum: quãta audiuimus facta in Capharnaũ, fac & hîc in patria tua. Ait autem, Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua In veritate dico vobis, multæ viduę erãt in diebus Eliæ in Israël, quãdo clausum est cælũ annis tribus & mẽsibus sex, cùm facta esset fames magna in omni terra: & ad nullã illarum missus est Elias, nisi in Sarepte Sidoniæ, ad mulierẽ viduam. Et multi leprosi erãt in Israël sub Elisæo propheta: & nemo eorũ mũdatus est nisi Naamã Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hęc audientes. Et surrexerũt, & eiecerunt illũ extra ciuitatẽ: & duxerũt illũ vsque ad supciliũ montis, super quẽ ciuitas illorũ erat ędificata, vt ꝑcipitarẽt eũ. Ipse autẽ transiens per mediũ illorum, ibat.* 27.	

CAP. 55. *Duodecim Apostoli, accepta potestate expellendi dæmones ex hominum corporibus, curandiq; omnia genera morborum mittuntur prædicatum Iudæis.* Matth 9 & 10.* 35. Mar. 6.* 54. Luc. 8.* 48. & Cap. 9.

S. Matthæus.

ET circuibat Iesus oẽs ciuitates, & castella, docẽs in synagogis eorũ, & prędicás Euãgeliũ regni, & curãs oẽm languoré, & omnẽ infirmitatẽ. Vidẽs autẽ turbas, misertus est eis: quia erát vexati, & iacẽtes sicut oues nõ habẽtes pastorẽ. Tũc dicit discipulis suis, Messis quidẽ multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt emittat operarios in messem suam. CAP. 10

Et cõuocatis duodecim discipulis suis dedit illis potestatẽ spirituũ immundorũ, vt eiicerent eos, & curarẽt omnẽ lãguorẽ, & oẽm infirmitatem. Duodecim aũt apostolorũ nomina sunt hæc: Primus, Simõ q dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Iacobus Zebedęi, & Iohãnes frater eius, Philippus & Bartholomęus, Thomas & Matthęus publican⁹, & Iacobus Alphęi, & Thaddęus, Simõ Cananę⁹ & Iudas Iscariotes, q & tradidit eũ. Hos duodecim misit Iesus: pręcipiẽs eis, dicẽs, In viã gẽtiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis: sed potius ite ad oues quę perierunt dom⁹ Israël. Eũtes aũt prędicate, dicẽtes, Quia appropinquauit regnũ cęlorũ. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mũdate, dęmones eiicite: gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris; nõ peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neq; virgã. dignus enim est operarius cibo suo. In quácunque autem ciuitatẽ aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea

S. Marcus.

ET circuibat castella in circuitu docens. Et vocauit duodecim: & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituum immundorum. Et pręcepit eis ne quid tollerent in via, nisi virgam tantùm: nõ peram, nen panem, neque in zona æs, sed calceatos sandaliis, & ne induerẽtur duabus tunicis. Et dicebat eis, Quocunque introieritis in domum: illic ma-

S. Lucas.

ET factũ est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella pręclicans & euangelizans regnũ Dei: & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quæ vocatur Magdalẽne, de qua septem dæmonia exierant, & Iohanna vxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ

S. Iohannes.

S. Matthaus.

dign⁹ sit: & ibi manete donec exeatis. Intrãtes aũt in domũ, salutate eã, dicẽtes, Pax huic domui. Et si quidẽ fuerit domus illa digna, veniet pax vestra sup eã. si aũt nõ fuerit digna: pax vestra reuertetur ad vos. Et quicunq; nõ receperit vos, neq; audierit sermones vestros: exeũtes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerẽ de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorũ & Gomorrhæorum in die iudicij, q̃ illi ciuitati. Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporũ. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos. & ad prę-sides & ad reges ducemini propter me, in testimoniũ illis & gẽtibus. Cum aũt tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: nõ enĩ vos estis q loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autẽ frater fratrẽ in mortẽ, & pater filiũ: & insurgẽt filij in parẽtes, & morte eos afficient, & eritis odio omnibus ꝓpter nomen meũ. qui aũt pseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Cũ aũt ꝑsequentur vos in ciuitate ista: fugite in aliã. amen dico vobis, nõ consummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis. Non est discipulus sup magistrũ, nec seru⁹ super dominum suũ. sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius: & seruo, sicut dominus eius. Si patremfamiliãs Beel-zebub vocauerunt: quantò magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertũ, quod non reuelabitur.

S. Marcus.

manete, donec exeatis inde. & quicunque nõ receperint vos, nec audierint vos: exeuntes inde, excutite puluerem de pedibus vestris in testimonium illis. Et exeuntes prædicabant vt pœnitentiã agerent: & dæmonia multa eiiciebant, & vngebant oleo multos ægros, & sanabant.

*56.

S. Lucas.

quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

*.51.

CAP. 9.

*34. Conuocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutẽ & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei: & sanare infirmos. Et ait ad illos, Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem neque pecuniam, neque duas tuni-

S. Iohannes.

S. Matthaus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
& occultũ, qđ nõ ſcietur. Quod dico vobis ĩ tenebris, dicite in lumine: & qđ in aure auditis, prędicate ſup tecta. Et nolite timere eos qui occidũt corp⁹, animã aũt nõ poſſunt occidere: ſed poti⁹ timete eũ q poteſt & animã & corpus pdere in gehennã. Nõne duo paſſeres aſſe veneũt: & vnus ex illis nõ cadet ſup terrã ſine patre veſtro? Veſtri aũt & capilli capitis oẽs numerati ſunt. Nolite ergò timere; multis paſſeribus meliores eſtis vos. Omnis ergò q cõfitebitur me corã hominibus, cõfitebor & ego eũ corã patre meo qui ĩ cęlis eſt: qui aũt negauerit me corã hominibus; negabo & ego eũ corã patre meo qui in cœlis eſt. Nolite arbitrari quia pacẽ venerĩ mittere ĩ terrã. nõ veni pacẽ mittere, ſed gladiũ. veni enĩ ſeparare hominẽ aduerſus patrẽ ſuũ & filiã aduerſus matrẽ ſuã, & nurũ aduerſus ſocrũ ſuã: & inimici hominis, domeſtici eius. Qui amat patrẽ aut matrẽ plus q̃ me, non eſt me dignus. & qui amat filiũ aut filiã ſup me, non eſt me dignus. Et qui nõ accipit crucẽ ſuã, & ſequitur me: nõ eſt me dignus. Qui inuenit aĩam ſuã: perdet illã, & qui pdiderit animã ſuã ,ppter me: inueniet eã. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eũ qui me miſit. Qui recipit prophetã in noĩe prophetę: mercedẽ ,pphetę accipiet. & qui recipit iuſtũ ĩ nomine iuſti: mercedẽ iuſti accipiet Et quicũq; potũ dederit vni ex minimis iſtis calicẽ aquæ frigidę, tãtùm ĩ nomine diſcipuli: amẽ dico vobis, nõ perdet mercedẽ ſuã.		tunicas habeatis. Et in quãcunque domũ intraueritis ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicunque non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum veſtrorum excutite in teſtimoniũ ſupra illos. Egreſsi autem circuibant per caſtella euangelizantes & curantes vbiq;. *56.	
Et factũ eſt: cũ cõſummaſſet Ieſus pręcipiẽs duodecĩ diſcipulis ſuis, trãſiit ide vt doceret & prędicaret in ciuitatibus eorum. * 47.		Cap. 56.	

CAP. 56. *De Iohannis Baptistæ morte, & fama Christi apud Herodem.*
*Matth. 14. * 54. Mar. 6. * 55. Luc. 9. * 55.*

S. Matthaeus

Nillo tēpore, audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu: & ait pueris suis, Hic est Iohannes Baptista: ipse surrexit à mortuis, & ideò virtutes operantur in eo. *22.

*22. Die autem natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. Vnde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcunque postulasset ab eo. At illa præmonita à matre sua

S. Marcus

ET audiuit rex Herodes (manifestum enim factum est nomē eius) & dicebat, Quia Iohannes Baptista resurrexit à mortuis, & propterea virtutes operātur in illo. Alij autem dicebant, Quia Elias est. Alij verò dicebant, Quia propheta est, quasi vnus ex prophetis. Quo audito, Herodes ait, Quem ego decollaui Iohannem, hic à mortuis resurrexit. *22.

*22. Et cùm dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit principibus & tribunis & primis Galilææ. cumque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulq; recumbentibus: rex ait puellæ, Pete à me quod vis, & dabo tibi. & iurauit illi, Quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quæ cùm exisset, dixit matri suæ, Quid petā? At illa dixit, Caput Iohannis Baptistæ. Cumque introisset statim cum festinatione ad regem, petit dicens, Volo vt protinus des mihi in disco caput Iohannis Baptistæ. Et contristatus est rex. Propter iusiurandum & propter simul discumbentes noluit eam contristare: sed misso spiculatore præcepit afferri caput eius in disco, & decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suę. Quo audito, discipuli eius venerūt, & tu-

S. Lucas.

AVdiuit autē Herodes Tetrarcha omnia quę fiebant ab eo: & hæsitabat, eò quòd diceretur à quibusdam, Quia Iohannes surrexit à mortuis: à quibusdam verò, Quia Elias apparuit: ab aliis autem, Quia Propheta vnus de antiquis surrexit. Et ait Herodes, Iohannem ego decollaui: Quis est autem iste de quo ego talia au-

S. Iohannes

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
Da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis Baptistę. Et contristatus est rex: propter iuramentū aūt & eos qui pariter recūbebant, iussit dari. Misitque, & decollauit Ioannē in carcere. Et allatū est caput eius in disco: & datū est puellę, & attulit matri suæ. Et accedētes discipuli eius, tulerunt corpus, & sepelierūt illud: & venientes nūtiauerūt Iesu.* 57	& tulerunt corpus eius: & posuerunt illud in monumento. * 57.	audio? Et quærebat videre eū. *57.	

CAP. 57. *Quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus quinque millia virorum saturantur. Matth. 14.* * 56 *Mar. 6.* * 56. *Luc. 9.* * 56. *Iohan. 6.* *36.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
QVod cū audisset Iesus, secessit inde in nauicula in locum desertum seorsum, & cùm audissent turbę, secutæ sunt eum pedestres de ciuitatibꝰ. Et exiēs vidit turbā multā, & misertus est eis, & curauit languidos eorū. Vespere autem facto accesserunt ad eum	ET conuenientes Apostoli ad Iesum, renuntiauerūt ei omnia quæ egerant & docuerāt. Et ait illis, Venite seorsum in desertū locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant & redibāt multi: & nec spatium manducandi habebat. Et ascendentes in nauim, abierūt in desertum locum seorsum. Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi: & pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos. Et exiens, vidit turbam multam Iesus: & misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem, & cœpit illos docere multa. Et cùm iā hora multa fieret,	ET reuersi Apostoli, narrauerunt illi quæcunq; fecerunt: & assumptis illis, secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaidæ. Quod cùm cognouissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos, qui cura indigebant, sana-	POst hæc abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis: & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantnr. Subiit ergo in montē Iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudæorum. Cùm subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum, Vnde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autē dicebat tentans eum. ipse enim sciebat quid esset facturus? Respōdit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisq; modicum quid accipiat.

S. Matthæus	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
eum disci-puli eius, dicentes, Desertus est locus, & hora iam præteriit: dimitte turbas, vt euntes in castella, emant sibi escas. Iesus autem dixit eis, Non habēt necesse ire: date illis vos manducare. Respō derunt ei, Non habemus hîc nisi quinquē panes & duos pisces. Qui ait eis, Afferte mihi illos huc. Et cùm iussisset turbā discumbere super fœnum, acceptis quinque panibus & duobus pisci-	accesserunt discipuli eius, dicentes, Desertus est locus hic, & iā hora pręteriit: dimitte illos, vt euntes in proximas villas & vicos, emāt sibi cibos quos manducent. Et respondens ait illis, Date illis vos mādu care. Et dixerunt ei, Euntes emamus ducētis denariis panes: & dabimus illis manducare. Et dicit eis, Quot panes habetis? ite & videte. Et cùm cognouissent, dicūt, Quinq; , & duos pisces. Et pręcepit illis vt accúbere facerēt oēs, secūdū cōtubernia super viride fœnū. Et discubuerunt in partes p centenos & quinquagenos. Et acceptis quinq; panibus, & duobus pisci bus: intuens in cęlū benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis, vt ponerēt ante eos: & duos pisces diuisit omnibus. Et māducauerūt oēs & saturati sunt. Et sustulerūt reliquias, fragmētorū 12. cophinos plenos: & de piscib⁹.	bat. Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim, dixerunt illi, Dimitte turbas, vt euntes in castella villasque quæ circa sunt, diuertant, & inueniant escas: quia hîc in loco deserto sumus. Ait autē ad illos, Vos date illis māducare At illi dixerūt, Nō sunt nobis pl⁹ quā quinque panes, & duo pisces, nisi fortè nos eamus, & emamus in omnem hanc turbā escas. Erant autē ferè viri quinque millia. Ait autem ad discipulos suos, Facite illos discumbere per cōuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt. Et discumbere fecerunt omnes. Acceptis autem quinque panibus & duobus piscibus, respexit in cælum, & benedixit illis: & fregit, & distribuit Discipulis suis, vt ponerēt ante turbas. Et manducauerūt oēs: & saturati sunt. Et sublatū est	Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri. Est puer vnus hîc qui habet quinq; panes ordeaceos, & duos pisces: sed hęc quid sunt inter tantos? Dicit ergo Iesus, Facite homines discūbere. Erat autē fœnū multum in loco. Discubuerūt ergo viri, numero quasi quinque millia. Accepit ergo Iesus panes: & cùm gratias egisset, distribuit discūbētibus, similiter & ex piscibus quantum volebant. Vt autē impleti sunt dixit discipulis suis, Colligite quæ superauerunt fragmēta, ne pereant. Collegerunt ergo, & implerūt duodecim cophinos fragmentorū ex quinque panibus ordeaceis, quę superfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines cùm vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebāt, Quia hic est verè propheta qui venturus est in mundum.* 58.

L 2 quod

S. Matthaus.

piscibus, aspiciens in cælum benedixit, & fregit, & dedit discipulis panes, discipuli autem turbis Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos. Manducantium autem fuit numerus, quinque millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis.* 58.

S. Marcus.

Erant autem qui manducauerunt quinque millia virorum,* 58.

S. Lucas.

quod superfuit illis, fragmentorũ cophini duodecim.* 66.

S. Iohannes

*CAP. 58. Christus fugit regnum à multitudine sibi delatum, & super mare non ipse modò ambulat, sed Petrus etiam iussu illius. Sanantur item multi à Christo. Matth. 14 * 57. Mar. 6.* 57. Iohan. 6.* 57.*

S. Matthaus.

ET statim iussit Iesus discipulos ascẽdere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autẽ facto solus erat ibi. nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis, vênit ad eos ambulans super mare. Et videntes eum super mare ambulãtem, turbati sunt, dicentes, Quia phantasma est. Et prę timore clamauerunt. Statimq; Iesus locutus est eis, dicens, Habete fiduciam: ego sum, nolite timere. Respondens autẽ Petrus

S. Marcus.

ET statim coëgit discipulos suos ascendere nauim, vt præcederent eum trans fretũ ad Bethsaidam: dum ipse dimitteret populum. Et cùm dimisisset eos, abiit in mõtem orare. Et cùm serò esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. Et videns eos laborãtes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans super mare: & volebat præterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem super mare, putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt. Omnes enim viderunt eum, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, &

S. Lucas.

S. Iohannes.

IEsus ergo cùm cognouisset, quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum regẽ, fugit iterũ in montem ipse solus. Vt autem serò factũ est, descenderunt discipuli eius ad mare. Et cùm ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum. &

S. Matthæus.

Petrus dixit, Domine, si tu es, iube me ad te venire super aquas. At ipse ait, Veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam vt veniret ad Iesum. Videns verò ventum validum, timuit: & cùm cœpisset mergi, clamauit dicens, Domine, saluum me fac. Et continuò Iesus extendẽs manum, apprehẽdit eum. & ait illi, Modicæ fidei quare dubitasti? Et cùm ascendissent in nauiculá, cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eũ, dicentes, Verè filius Dei es. Et cũ transfretassent, venerũt in Terrã Genesar. Et cùm cognouissent eũ viri loci illius, miserũt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habẽtes: & rogabant eum vt vel fimbriá vestimẽti eius tangerent. Et quicũq; tetigerũt salui facti sunt. * 60

S. Marcus.

& dixit eis, Confidite, ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim, & cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebant. non enim intellexerũt de panibus. erat enim cor eorum obcæcatum. Et cùm transfretassent, venerunt in terram Genezareth: & applicuerunt. Cumque egressi essent de naui, continuò cognouerunt eum: & percurrentes vniuersam regionem illam, cœperũt in grabatis eos qui se malè habebãt circunferre, vbi audiebant eum esse. Et quocũque introibat in vicos vel in villas aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eũ vt vel fimbriam vestimenti eius tangerẽt, & quotquot tangebant eum, salui fiebant.* 60.

S. Lucas.

S. Iohannes.

& tenebræ iam factæ erant: & non venerat ad eos Iesus. Mare autem, vento magno flante, exurgebat. Cùm remigassent ergo quasi stadia vigintiquinque aut triginta, vident Iesum ambulantem super mare, & proximum naui fieri, & timuerunt. Ille autem dicit eis, Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in nauim: & statim nauis fuit ad terram quam ibát.* 59.

CAP. 59. Christus de pane cælesti apud Capharnaitas verba facit, & docet se esse panem vitæ, ac carnem suam cibũ esse, quem oporteat manducare, & sanguinem suũ potũ, quem oporteat bibere. Quo illius sermone quidam discipulorum offensi eum deserunt. Apostoli autem cum eo permanent, quorum tamen vnus diabolus perhibetur.

*Iohan. Cap. 6. * 58. & Cap. 7.*

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			ALtera die, turba q̃ stabat trãs mare, vidit quia nauicula alia nõ erat ibi nisi vna, & quia nõ introisset cum discipulis suis Iesus in nauĩ, sed soli discipuli eius abissent: alię verò supuenerunt naues à Tyberiade iuxta locũ vbi manducauerãt panẽ, gratias agẽte Dño. Cũ ergo vidisset turba quia Iesus nõ esset ibi, neq; discipuli eius, ascẽderũt in nauiculas, & venerũt Capharnaũ quęrẽtes Iesum. Et cùm inuenissẽt eũ trãs mare, dixerũt ei, Rabbi, quãdo huc venisti? Respõdit eis Iesus, & dixit, Amẽ, amẽ dico vobis, quęritis me, nõ quia vidistis signa, sed quia mãducastis ex panibus, & saturati estis. Operamini nõ cibũ qui perit, sed qui p̃manet in vitã ęternã, quẽ Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signauit Deus. Dixerũt ergo ad eũ, Quid faciemus vt operemur opera Dei? Respõdit Iesus, & dixit eis, Hoc est opus Dei, vt credatis in eũ quẽ misit ille. Dixerũt ergo ei, Quod ergo tu facis signũ, vt videamus, & credamus tibi? quid operaris? Patres nostri mãducauerũt mãna in deserto, sicut scriptũ est, Panẽ de cęlo dedit eis mãducare. Dixit ergo eis Iesus, Amẽ, amẽ dico vobis, nõ Moyses dedit vobis panẽ de cęlo, sed Pater meus dat vobis panẽ de cęlo verũ. Panis enĩ Dei est qui de cęlo descẽdit, & dat vitã mũdo. Dixerũt ergo ad eũ, Dñe, semper da nobis panẽ hũc. Dixit aũt eis Iesus, Ego sum panis vitę, qui venit ad me, nõ esuriet: & qui credit in me, non sitiet vn-

S. Matthaus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			quã: Sed dixi vobis, quia & vidiſtis me & nõ creditis. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eũ qui venit ad me, nõ eiiciã foras. quia deſcẽdi de cælo, nõ vt faciã volũtatẽ meã, ſed volũtatẽ eius q miſit me. Hæc eſt enĩ volũtas eius qui miſit me, Patris: vt omne qđ dedit mihi nõ perdã ex eo, ſed reſuſcitẽ illud in nouiſsimo die. Hęc eſt aũt voluntas Patris mei qui miſit me: vt omnis q videt filiũ, & credit in eũ, habeat vitã ęternã, & ego reſuſcitabo eũ in nouiſsimo die. Murmurabãt ergo Iudæi de illo, quia dixiſſet, Ego ſum panis q de cęlo deſcẽdi: & dicebãt: Nõnne hic eſt Ieſus fili' Ioſeph, cuius nos nouimus patrẽ & matrẽ? Quomodo ergo dicit hic: Quia de cælo deſcẽdi? Reſpõdit ergo Ieſus, & dixit eis, Nolite murmurare inuicẽ: nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me, traxerit eũ, & ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die. Eſt ſcriptũ in Prophetis, Et erũt oẽs docibiles Dei. Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. Non quia Patrem vidit quiſq̃, niſi is qui eſt à Deo: hic vidit Pãtrẽ. Amẽ, amẽ dico vobis, qui credit in me, habet vitã ęternã. Ego ſũ panis vitę. Patres veſtri mãducauerũt mãna in deſerto: & mortui ſunt. Hic eſt panis de cælo deſcẽdẽs: vt ſiquis ex ipſo mãducauerit, nõ moriatur. Ego ſum panis viuus, qui de cęlo deſcẽdi. Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in ęternũ: & panis quẽ ego dabo, caro mea eſt ꝑ mũdi vita. Litigabãt ergo Iudęi ad inuicẽ, dicẽtes, Quomodo poteſt hic nobis carnẽ ſuã dare ad mãducãdũ? Dixit ergo eis Ieſus, Amẽ, amẽ dico vobis, niſi mãducaueritis carnẽ Filij hoĩs, & biberitis ei' ſanguinẽ, nõ habebitis vitã ĩ vobis. Qui mãducat meã carnẽ, & bibit meum

S. Matthaeus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			ſanguiné, habet vitá ęterná: & ego reſuſcitabo eũ ĩ nouiſsimo die. Caro enĩ mea verè eſt cibus, & ſanguis me⁹ verè eſt potus. q̃ máducat meá carné, & bibit meũ ſanguiné, ĩ me manet, & ego ĩ illo. Sicut miſit me viués Pater, & ego viuo ꝓpter Patré: & qui máducat me, & ipſe viuet ꝓpter me. Hic eſt panis q̃ de cęlo deſcédit. Nõ ſicut máducauerũt patres veſtri mána: & mortui ſunt. Qui máducat hũc pané, viuet ĩ ęternũ Hęc dixit ĩ ſynagoga docés, ĩ Capharnaũ. Multi ergo audientes ex diſcipulis eius dixerũt, Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eũ audire? Sciés aũt Ies⁹ apud ſemetipſum q̃a murmurarét de hoc diſcipuli ei⁹, dixit eis, Hoc vos ſcádalizat? Si ergo videritis Filiũ hoĩs aſcédété vbi erat prius? Spirit⁹ eſt qui viuificat: caro nõ prodeſt quicq̃. verba q̃ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Sed ſunt quidá ex vobis, qui nõ credũt. Sciebat enĩ ab initio Ieſus qui eſſent nõ credétes, & quis traditurus eſſet eũ. Et dicebat, Propterea dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datũ à Patre meo. Ex hoc multi diſcipulorũ ei⁹ abierũt retrò: & iá nõ cũ illo ambulabát. Dixit ergo Ieſus ad duodecĩ, Nũquid & vos vultis abire? Reſpõdit ergo ei Simõ Petrus, Dñe, ad quẽ ibimus? verba vitę ęternę habes. & nos credimus & cognouimus, quia tu es Chriſtus filius Dei. Reſpõdit eis Ieſus, Nónne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus eſt? Dicebat autem Iudã Simónis Iſcariotem: hic enim erat traditurus eũ, cùm eſſet vnus ex duodecim. Poſt hęc ambulabat Ieſus in Galilęá, nõ enĩ volebat in Iudęá ambulare: quia quęrebant eum Iudęi interficere. * 75.

CAP.60. *Calumnia Pharisæorum discipulos Christi accusantium, quòd manus ante cibum non abluerent, refellitur: & traditiones eorundem impia damnantur. Matth. 15.* 58. Mar. 7.* 58.*

S. Matthæus	S. Marcus	S. Lucas.	S. Iohannes.
TVnc accesserũt adeũ ab Ierosolymis Scribæ & Pharisæi, dicẽtes, Quare discipuli tui trãsgrediũtur traditionẽ seniorũ? non enim lauãt manus suas cùm panẽ manducãt. Ipse autem respondẽs ait illis, Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionẽ vestrã? Nã Deus dixit, Honora patrẽ & matrem, &, Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Vos au	ET conueniunt ad eum Pharisæi & quidam de Scribis, venientes ab Ierosolymis. Et cùm vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est, non lotis manducare panes, vituperauerunt. Pharisæi enim & omnes Iudæi, nisi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum: & à foro, nisi baptizentur, non comedunt. & alia multa sunt quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum & vrceornm, & æramentorum, & lectorum. Et interrogabant eum Pharisæi & Scribæ, Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panem? At ille respondens, dixit eis, Bene prophetauit Isaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. in vanum autem me colunt, docentes doctrinas pręcepta hominum. Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditiones hominum, baptismata vrceorum & calicũ: & alia similia his facitis multa. Et dicebat illis, Bene irritum facitis præceptum Dei, vt traditionem vestrã seruetis Moyses enim dixit, Honora patrem tuum & matrem tuam: &, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri aut matri, Corban, (quod est donũ) quodcunque ex me, tibi profuerit: &		

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
tẽ dicitis, Quicunq; dixerit patri vel matri, Munus quodcunq; est ex me, tibi ꝓderit: & nõ honorificabit patrẽ suũ aut matrem suã: & irritũ fecistis mãdatũ Dei ꝓpter traditionẽ vestrã. Hypocritæ, bene ꝓphetauit de vobis Isaias dicẽs, Populus hic labiis me honorat: cor aũt eorũ lõgè est à me. Sine causa aũt colũt me, docentes doctrinas, & mãdata hominũ. Et cõuocatis ad se turbis, dixit eis, Audite & intelligite. Non qđ intrat in os, coinquinat hominẽ, sed qđ ꝓcedit ex ore, hoc coinquinat hoĩem. Tũc accedẽtes discipuli eius dixerũt ei, Scis q̃ Pharisęi, audito verbo hoc, scandalizati sunt? At ille respõdẽs ait, Oĩs plãtatio quã nõ plãtauit pater meᵘ cęlestis, eradicabitur. Sinite illos: cęci sunt, duces cęcorũ. cęcᵘ aũt si cęco ducatũ pręstet, ambo in foueã cadũt. Respõdẽs aũt Petrus dixit ei, Edisſere nobis parabolã istã. at ille dixit, Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne qđ in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur? Quæ autem proce-	vltrà non dimittitis eum quicquam facere patri suo aut matri, rescindentes verbum Dei per traditionem vestram quam tradidistis. & similia huiusmodi multa facitis. Et aduocans iterum turbã, dicebat illis, Audite me omnes, & intelligite. Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum coinquinare. sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ communicant hominem. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et cùm introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam. Et ait illis, Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum communicare: quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in secessum exit, purgans omnes escas? Dicebat autem quoniam quæ de homine exeunt, illa cõmunicant hominẽ. Abintus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritię, nequitię, dolus, impudicitię		

S.Matthæus.	S.Marcus.	S.Lucas.	S.Iohannes.
dunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem: de corde enim exeũt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. hæc sunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.* 61.	ocul⁹ mal⁹, blasphemia supbia, stultitia. Oĩa hęc mala ab int⁹ pcedũt & cõmunicant hominẽm.* 61.		

C A P.61. *Filia Chananeæ à dæmonio liberatur* Matth.15.* 61. Mar.6.* 60.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
ET egressus inde Iesus secessit ĩ partes Tyri & Sydonis. Et ecce mulier Chananęa à finibus illis egressa clamauit, dicẽs ei, Miserere mei Dñe fili Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur. Qui non respõdit ei verbũ. Et accedẽtes discipuli eius rogabãt eũ dicẽtes, Dimitte eã: quia clamat post nos. Ipse aũt respõdẽs, ait, Nõ sum missus nisi ad oues q̃ perierũt domus Israẽl. At illa venit & adorauit eũ, dicẽs, Dñe, adiuua me. Qui respõdẽs, ait, Nõ est bonũ sumere panẽ filiorũ, & mittere canibus. At illa dixit, Etiã Dñe: nã & catelli edũt de micis q̃ cadunt de mẽsa dominorũ suorum. Tũc respõdẽs Iesus, ait illi, O mulier, magna est fides tua. fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.* 62.	ET inde surgẽs abiit in fines Tyri & Sydõnis: & ingressus domum, neminẽ voluit scire, & non potuit latẽre. Mulier enĩ statim vt audiuit de eo, cuius filia habebat spiritũ immundum, intrauit, & prócidit ad pedes eius. Erat enim mulier Gentilis, Syrophœnissa genere. Et rogabat eum vt dęmoniũ eiiceret de filia eius. Qui dixit illi, Sine prius saturari filios. nõ est enim bonũ, sumere panẽ filiorum, & mittere canibus. At illa respondit, & dixit illi, Vtiq; Dñe. nam & catelli comedũt sub mensa de micis puerorum. Et ait illi, Propter hũc sermonẽ vade, exiit dæmonium à filia tua. Et cùm abiisset domũ suã, inuenit puellã iacẽtem supra lectum, & dęmonium exiisse.* 62.		

 Cap.

CAP. 62. *Multi languidi & male affecti curantur, inter quos surdus & mutus. Matth. 15.* 61. Marc. 6.* 61.*

S. Matthæus.

ET cùm transisset inde Iesus, venit secus Mare Galilææ, & ascendens in mōtem, sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbę multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos: ita vt turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes: & magnificabant Deum Israel.* 63.

S. Marcus.

ET iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sydoné ad Mare Galilęę inter medios fines Decapoleos. Et adducūt ei surdū & mutū: & deprecabātur eū vt imponat illi manū. Et apprehēdēs eū de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius & expuēs, tetigit linguā eius. & suspiciēs in cęlū, ingemuit, & ait illi, Ephphetha·qđ est, adaperire. Et statī apertę sunt aures eius, & solutū est vinculū linguę eius, & loquebatur rectè. Et præcepit illis ne cui dicerēt. Quātò aūt eis pręcipiebat, tantò magis plus prędicabāt, & eò ampliꝰ admirabātur, dicentes, Bene oīa fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.* 63.

S. Lucas.

S. Iohannes.

CAP. 63. *Septem panibus & paucis pisciculis quatuor millia virorum præter mulieres & paruulos saturantur. Matth. 15.* 62. Mar. 8.* 62.*

S. Matthæus.

IEsus autem conuocatis discipulis suis, dixit, Misereor turbæ: quia triduo iam perseuerāt mecū, & nō habēt qđ mā ducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiāt

S. Marcus.

IN diebꝰ illis iterū cū turba multa esset, nec haberēt qđ māducarēt: cōuocatis discipulis, ait illis, Misereor sup turbā: quia ecce iā triduo sustinēt me nec habēt qđ māducēt: &

S. Lucas.

S. Iohannes.

S. Matthæus

in via. Et dicunt ei diſcipuli, vnde ergo nobis in deſerto panes tantos, vt ſaturemus turbam tantã? Et ait illis Ieſus, Quot habetis panes? At illi dixerunt, Septem, & paucos piſciculos. Et pręcepit turbæ, vt diſcumberent ſuper terrã. Et accipiens ſeptem panes, & piſces, & gratias agens fregit, & dedit diſcipulis ſuis, & diſcipuli dederunt populo. Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt. Et quod ſuperfuit de fragmentis, tulerunt, ſeptem ſportas plenas. Erant autem qui manducauerũt, quatuor millia hominũ extra paruulos & mulieres. Et dimiſſa turba, aſcendit in nauiculam: & venit in fines Magedan. * 64.

S. Marcus.

ſi dimiſero eos ieiunos in domũ ſuã, deficiẽt in via: quidã enĩ ex eis delongè venerũt. Et reſpõderũt ei diſcipuli ſui, Vnde illos quis poterit hîc ſaturare panib' in ſolitudine? Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerũt Septẽ. Et pręcepit turbæ diſcũbere ſup terrã. Et accipiẽs ſeptẽ panes, gratias agẽs fregit, & dabat diſcipulis ſuis vt apponerẽt, & appoſuerũt turbæ. Et habebãt piſciculos paucos: & ipſos benedixit, & iuſſit apponi. Et mãducauerũt, & ſaturati ſunt: & ſuſtulerũt qđ ſuperauerat de fragmẽtis, ſeptẽ ſportas. Erãt aũt q̃ mãducauerãt, quaſi quatuor millia: & dimiſit eos. Et ſtatĩ aſcẽdẽs naui cũ diſcipulis ſuis, venit ĩ partes Dalmanutha. *64.

S. Lucas

S. Iohannes.

CAP. 64. *Phariſæos ſignum ſibi è cælo oſtendi poſcentes Chriſtus arguit: & diſcipulos monet, vt caueant ſibi à fermẽto Phariſæorum. Matth. 16.* 63. *Mar. 6.* 63.*

S. Matthæus.

ET acceſſerunt ad eum Phariſæi & Sadducæi tentãtes: & rogauerunt eum vt ſignum de cælo oſtenderet eis. At ille reſpondens, ait illis, Facto veſpe re

S. Marcus.

ET exierunt Phariſæi, & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo ſignum de cælo, tentantes eum. Et ingemiſcens ſpiritu, ait, Quid generatio iſta ſignũ quærit?

S. Lucas.

S. Iohannes.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
re dicitis, Serenum erit: rubicundum est enim cælum. Et mane, Hodie tẽpestas, rutilat enim triste cælum. Faciem ergo cæli diiudicare nostis: signa autem temporum nõ potestis? Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. Et relictis illis, abiit. Et cùm venissent discipuli eius transfretum, obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis, Intuemini & cauete à fermento Pharisęorum & Sadducęorum. At illi cogitabant inter se dicentes, Quia panes nõ accepimus. Sciens autẽ Iesus, dixit, Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non habetis? Nõdum intelligitis, neq; recordamini quinq; panũ, in quinque millia hoĩm, & quot cophinos sumpsistis? neq; septẽ panum, in quatuor millia hoĩm, & quot sportas sumpsistis? Quare nõ intelligitis quia non de pane dixi vobis, Cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorũ? Tunc intellexerunt, quia non dixerit cauendum à fermento panũ, sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorum.* 66.	rit? Amẽ dico vobis, si dabitur generationi isti signum. Et dimittens eos, ascendit iterum nauim, & abiit trans fretum. Et obliti sunt panes sumere & nisi vnum panem non habebant secum in naui. Et præcipiebat eis, dicẽs, Videte & cauete à fermẽto Pharisæorum, & fermento Herodis Et cogitabant ad alterutrum, dicentes, Quia panes non habemus. Quo cognitò, ait illis Iesus, Quid cogitatis, quia panes non habetis? nondum cognoscitis nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor vestrum? oculos habentes non videtis? & aures habentes non auditis? Nec recordamini quãdo quinque panes fregi in quinq; millia: & quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei, Duodecim. Quando & septẽ panes in quatuor millia, quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei Septem. Et dicebat eis, Quomodo nondum intelligitis?* 65.		

CAP.65. *Cæcus dum curatur, videt homines ſpecie arborum incedentes. Mar. 8.* 64.*

S. Matthæus.

S. Marcus.

ET veniunt Bethſaidá: & adducunt ei cæcum, & rogabant eum vt illum tangeret. Et apprehenſa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos eius impoſitis manibus ſuis, interrogauit eum ſiquid videret. Et aſpiciens, ait, Video homines velut arbores, ambulantes. Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos eius: & cœpit videre, & reſtitutus eſt, ita vt clarè videret omnia. Et miſit illum in domum ſuã dicens, Vade in domum tuam: & ſi in vicum introieris, nemini dixeris. * 66.

S. Lucas.

S. Iohannes.

CAP.66. *Petro confitenti Chriſtum eſſe filium Dei viui, claues regni cælorum promittuntur. Matth.16.* 64. Mar.8.* 65. & Cap.9. Luc.9.* 57.*

S. Matthæus.

VEnit autem Ieſus in partes Cæſareę Philippi: & interrogabat diſcipulos ſuos dicẽs, Quẽ dicũt homines eſſe filiũ hominis? At illi dixerunt, Alij Iohannem Baptiſtá, alij autem Eliá, alij verò Ieremiá, aut vnum ex prophetis. Dicit illis Ieſus, Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit, Tu es Chriſtus filius Dei viui. Reſpõdens autẽ Ieſus, dixit ei, Beatus es

S. Marcus.

ET egreſſus eſt Ieſus & diſcipuli ei⁹ ĩ caſtella Cęſareę Philippi: & in via interrogabat diſcipulos ſuos, dicens eis, Quẽ me dicunt eſſe homines? Qui reſponderunt illi, dicentes, Iohannem Baptiſtam, alij Eliam, alij verò quaſi vnum de prophetis. Tunc dicit illis, Vos verò quẽ me eſſe dicitis? Reſpondẽs Petrus, ait ei, Tu es Chriſtus. Et comminatus eſt eis, ne cui dicerent de illo.

S. Lucas.

ET factum eſt: cùm ſolus eſſet orans, erant cum illo & diſcipuli: & interrogauit illos dicens, Quẽ me dicũt eſſè turbę? At illi reſpõderunt; & dixerunt, Iohannẽ Baptiſtã, alij aũt Eliam, alij verò quia vnus Propheta de prioribus ſurrexit. Dixit autẽ illis. Vos aũt quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit, Chriſtum Dei. At ille increpans illos,

S. Iohannes.

S. Matthæus

Simon Bar-Iona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo Ecclesiã meam, & portæ inferi non pręualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcunq; ligaueris super terrã, erit ligatũ & in cęlis, & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cęlis. Tunc pręcepit discipulis suis vt nemini dicerẽt quia ipse esset Iesus Christus. Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis quia oporteret eum ire Ierosolymã, & multa pati à senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Et assumẽs eum Petrus, cœpit increpare illũ dicẽs, Absit à te, Dñe non erit tibi hoc. Qui cõuersus, dixit Petro, Vade post me satana, scandalũ es mihi: quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quę hominũ. Tunc Iesus dixit discipulis suis, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequatur me: Qui enim voluerit animam suam saluã facere,

S. Marcus.

Et cœpit docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari à senioribus, & à summis sacerdotibus, & Scribis, & occidi & post tres dies resurgere. Et palàm verbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eũ. Qui conuersus, & vidẽs discipulos suos, comminatus est Petro, dicens, Vade retrò me satana, quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quę sunt hominum. Et conuocata turba cum discipulis suis dixit eis, Si quis vult me sequi, deneget semetipsum: & tollat crucem suã, & sequatur me. Qui eni voluerit animã suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me & Euangelium, saluam faciet eam. Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum: & detrimentum animę suæ faciat? Aut, quid dabit homo commutationis pro anima sua? Qui enim me confusus fuerit, & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice: & Filius hominis cõfundetur eũ, cũ venerit in gloria Patris sui cũ angelis sanctis.

S. Lucas.

pręcepit ne cui dicerẽt hoc, dicẽs, Quia oportet filiũ hominis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus sacerdotum & scribis, & occidi, & tertia die resurgere. Dicebat autem ad omnes, Si quis vult post me venire, abneget semet ipsum, & tollat crucem suam quotidie, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluã facere, perdet illam: nam qui perdiderit animam suam propter me: saluam faciet illam. quid enim

S. Iohannes.

S. Matthaeus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
perdet eã. q aũt pdiderit animã suã ꝑpter me, inueniet eã. Quid enĩ prodest homini, si mũdũ vniuersum lucretur, animæ verò suę detrimẽtũ patiatur? Aut quã dabit homo cõmutationẽ pro aĩa sua? Filius enĩ hoĩs vẽturus est in gloria patris sui cũ angelis suis: & tunc reddet vnicuiq; secũdùm opera eius. Amẽ dico vobis, sũt quidã de hîc stãtibus qui non gustabũt mortẽ, donec videant filiũ hominis veniẽtẽ in regno suo.* 67	Cap. IX. ET dicebat illis, Amen dico vobis, quia sunt quidã de hîc stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute. * 67.	enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum suî faciat? Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cùm venerit in maiestate sua & patris, & sanctorum angelorum. Dico autem vobis verè, sunt aliqui hîc stãtes, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei.* 67.	

CAP. 67. *Christus in monte orans transformatur, Matth. 17.* 66. Mar. 9.* 66. Luc. 9.* 66.*

S. Matthaeus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
ET post dies sex assumit Iesus Petrũ & Iacobũ & Iohannẽ fratrẽ eius, & ducit illos in mõtẽ excelsum seorsum: & trãsfiguratus est ante eos. Et resplẽduit facies eius sicut sol: vestimẽta aũt eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerũt illis Moyses & Elias cũ eo loquentes. Respõdẽs aũt Petrus, dixit ad Iesum, Dñe, bonũ est nos hîc esse: si vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnũ, & Moysi vnũ, & Elię vnũ. Adhuc eo loquẽte, ecce nubes luci-	ET post dies sex assumit Iesus Petrũ & Iacobũ & Iohãnẽ: & ducit illos in mõtẽ excelsum seorsum solos, & trãsfiguratus est corã ipsis. Et vestimenta eius facta sunt splẽdentia & cãdida nimis velut nix, qualia fullo nõ potest sup terrã cãdida facere. Et apparuit illis Elias cũ Moyse: & erãt loquẽtes cũ Iesu. Et respõdẽs Petrus, ait Iesu, Rabbi, bonũ est nos hîc esse: & faciamus tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnũ, & Elię vnũ.	FActum est autẽ post hęc verba ferè dies octo, & assumpsit Petrum & Iacobum & Iohannem, & ascendit in montem vt oraret. Et facta est, dũ oraret, species vultus eius, altera: & vestitus eius	

S. Matthæus

da obũbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicẽs, Hic est filius meꝰ dilectus, in quo mihi bene cõplacui: ipsũ audite. Et audientes discipuli, ceciderũt in faciẽ suã, & timuerũt valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos: dixitq; eis, Surgite, & nolite timere. Leuãtes aũt oculos suos neminẽ viderũt, nisi solũ Iesum. Et descẽdẽtibus illis de mõte præcepit eis Iesus, dicẽs, Nemini dixeritis visionẽ, donec filius hoĩs à mortuis resurgat. Et interrogauerũt eũ discipuli, dicẽtes, Quid ergo Scribæ dicũt, quòd Eliã oporteat primũ venire? At ille respondẽs, ait eis, Elias quidẽ venturus est, & restituet oĩa. dico aũt vobis, quia Elias iã venit, & nõ cognouerũt eũ, sed fecerũt in eo quæcunq; voluerũt. Sic & filius hominis passurꝰ est ab eis. Tũc intellexerũt discipuli, quia de Iohanne Baptista dixisset eis. * 68.

S. Marcus.

Non enim sciebat quid diceret: erãt enim timore exterriti & facta est nubes obumbrãs eos: & venit vox de nube, dicens Hic est filius meꝰ charissimus: audite illũ. Et statim circũspicientes, neminẽ ampliꝰ viderunt, nisi Iesum tantùm secũ. Et descẽdentibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquã quę vidissent, narrarẽt: nisi cũ filius hominis à mortuis resurrexerit. Et verbũ continuerunt apud se: cõquirentes quid esset, Cũ à mortuis resurrexerit. Et interrogabãt eũ, dicẽtes, Quid ergo dicunt Pharisęi & Scribæ, quia Eliã oportet venire primùm? Qui respõdens, ait illis, Elias cùm venerit primò, restituet omnia: & quo modo scriptum est in filium hominis, vt multa patiatur & contẽnatur. Sed dico vobis quia & Elias venit (& fecerũt illi quęcunq; voluerunt) sicut scriptum est de eo. * 68.

S. Lucas.

albus & refulgẽs. Et ecce duo viri loquebantur cũ illo. Erant autem Moyses & Elias, visi in maiestate: & dicebant excessum eius, quẽ cõpleturus erat in Ierusalẽ. Petrus verò & qui cum illo erant, grauati erant somno. Et euigilãtes, viderũt maiestatem eius, & duos viros qui stabãt cum illo. Et factũ est: cùm discederẽt ab illo, ait Petrus ad Iesum, Pręceptor, Bonum est nos hîc esse: & faciamus tria tabernacula, vnũ tibi, & vnum Moysi, & vnũ Eliæ: nesciẽs quid diceret. Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos: & timuerũt, intrantibus illis in nubem. Et vox facta est de nube, dicẽs, Hic est filius meus dilectus: ipsum audite. Et dũ fieret vox, inuentus est Iesus solꝰ. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquã ex his quæ viderant. * 68.

S. Iohannes.

CAP. 64. *Spiritus immundus & mutus expellitur, quem discipuli non poterant expellere: & mors Christi prædicitur. Matth. 17.* 67. Mar 9.* 67. Luc. 9.* 67.

S. Matthæus.

ET cùm venissetad turbam, accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum, dicens, Domine miserere filio meo quia lunaticus est, & malè patitur: nam sæpe cadit in ignem, & crebrò in aquam. & obtuli eum discipulis tuis: & nõ potuerũt curare eum. Respondens Iesus, ait, O generatio incredula & peruersa, quousque ero vobiscũ? vsquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me Et increpauit illum Iesus, & exiit ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secretò, & dixerunt, Quare nos non potuimus eiicere illum? Dixit illis Iesus, Propter incredulitatẽ vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic,

S. Marcus.

ET veniẽs ad discipulos suos, vidit turbã magnam circa eos, & Scribas cõquirentes cũ illis. Et cõfestim omnis populus vidẽs Iesum, stupefactus est, & expauerũt: & accurrẽtes, salutabãt eũ. Et interrogauit eos, Quid inter vos cõquiritis? Et respondens vnus de turba, dixit, Magister, attuli filium meum ad te, habentẽ spiritũ mutum: qui vbicunque eum apprehẽderit, allidit illũ, & spumat, & stridet dentibus, & arescit: & dixi discipulis tuis vt eiicerent illũ, & non potuerunt. Qui respondens eis, dixit. O generatio incredula, quãdiu apud vos ero? quandiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cùm vidisset eum statim spiritus conturbauit illum: & elisus in terram,

S. Lucas.

FActum est autem in sequenti die, descendentibus illis de mõte, occurrit illi turba multa. Et ecce vir de turba exclamauit dicẽs, Magister, obsecro te, respice in filium meum quia vnicus est mihi. & ecce spiritus apprehendit eum, & subitò clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit dilanians eũ, & rogaui discipulos tuos vt eiicerent illum, & non potuerunt. Respondens autem Iesus, dixit, O generatio infidelis & peruersa, vsquequo ero apud vos & patiar vos? Adduc huc filiũ tuũ. Et cùm accederet, elisit illi dæmonium, & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritum immundum, & sanauit puerum, & reddidit illum patri eius. Stupebãt autem oẽs in magnitudine Dei:

S. Iohannes.

S. Matthæus	S. Marcus	S. Lucas.	S. Iohannes.
transi hinc illuc: & trásibit, & nihil impossibile erit vobis. Hoc autem genus non eiicitur nisi per orationem & ieiunium. Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus, Filius hominis tradendus est in manus hominum: & occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer.* 69.	volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius, Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia: & frequenter eum in ignem & in aquas misit, vt eum perderet, sed si quid potes, adiuua nos, misertus nostri. Iesus autem ait illi, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et cótinuó exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat, Credo Domine: adiuua incredulitatem meam. Et cùm videret Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi, Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum. Et exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, Quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius, eleuauit eum: & surrexit. Et cùm introisset in domum, discipuli eius secretó interrogabant eum, Quare nos nō potuimus eiicere eum? Et dixit illis, Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Et inde profecti prętergrediebantur Galilæam: nec volebat quenquam scire. Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis, Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & occisus tertia die resurget. At illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eum.*70.	omnibusque mirantibus in omnibus, quæ faciebat, dixit ad discipulos suos, Ponite vos in cordibus vestris sermones istos, filius enim hominis futurū est vt tradatur in manus hominum. At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos, vt non sentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo. * 70.	

CAP. 69. *Didrachma pro Christo & Petro Soluitur. Matth. 17.* 68.*

S. Marcus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
ET cùm venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerūt ei, Magister vester nō soluit didrachma? Ait, Etiam.			

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
Et cùm intrasset in domũ, prꝍuenit eũ Iesus, dicens, Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributũ vel cẽsum? à filiis suis, an ab alienis? Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Iesus, Ergo liberi sunt filij. Vt aũt nõ scãdalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamũ: et eum piscem qui primus ascẽderit tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te.* 70.			

CAP. 70. *Discipulis de principatu inter se disceptantibus, Christus humilitatem & animi demissionem docet. Matth 18.* 69. Mar. 9. * 68. Luc 9.* 68.*

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas	S. Iohannes.
IN illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicẽtes, Quis putas, maior est in regno cælorum? Et aduocans Iesus paruulũ, statuit eum in medio eorum, & dixit, Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, nõ intrabitis in regnũ cælorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cęlorum. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit.* 72.	ET venerũt Capharnaũ. Qui cũ domi esset, interrogabat eos, Quid in via tractabatis? At illi tacebãt. siquidẽ ĩ via inter se disputauerãt, quis eorũ maior esset. Et residens vocauit duodecim, & ait illis, Si quis vult prĩmᵘ esse, erit oĩm nouissimus, & oĩm minister. Et accipiens puerũ, statuit eũ in medio eorũ. quem cùm complexus esset, ait illis, Quisquis vnũ ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo me recipit, & quicũq; me susceperit, nõ me suscipit, sed eum qui misit me.*71.	INtrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. At Iesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum secus se, & ait illis, Quicunque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit. & quicunque me receperit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic maior est.* 71.	

CAP. 71. *Non esse prohibendum qui in nomine Christi dæmonia eijcit, etiamsi non sequatur eum. Matth. 9.* 73. Luc. 9.* 70.*

S. Matthæus

S. Marcus.

RESpōditilli Iohānes, dicēs, Magister, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia qui non sequitur nos, & ꝓhibuimus eū. Iesus autē ait, Nolite ꝓhibere eū. nemo est enim q̄ faciat virtutem in nomine meo, & possit citò malè loqui de me. qui enī nō est aduersum vos, pro vobis est. Quisquis enī potū dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis: amen dico vobis, nō ꝑdet mercedē suā. *72

S. Lucas.

REspondens autem Iohannes dixit, Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eum: quia nō sequitur nobiscum. Et ait ad illum Iesus, Nolite prohibere. qui enim nō est aduersum vos, pro vobis est. *76.

S. Iohannes.

CAP. 72. *Cauendum ab offensione & scandalo paruulorum. Matth. 18.* 70. Mar. 9.* 71.*

S. Matthæus.

QVi aūt scādalizauerit vnū de pusillis istis q̄ in me credunt, expedit ei vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in ꝓfundū maris. Væ mūdo à scādalis. Necesse est enī vt veniāt scādala: verūtamē vę homini illi ꝑ quē scādalū venit. Si aūt manus tua, vel pes tuus scādalizat te. abscinde eū, & ꝓiice abs te: bonū tibi est ad vitā ingredi debilē vel claudū, quā duas manus vel duos pe-

S. Marcus.

ET quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis credentib' in me: bonum est ei magis, si circundaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur. Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam. bonum est tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennā, in ignem inextinguibilē, vbi vermis eorum non moritur, & ignis

S. Lucas.

S. Iohannes.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
des habentē mitti in ignē æternū. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eū, & proiice abs te: bonū tibi est vnū oculū habentē in vitā intrare, quàm duos oculos habentē mitti in gehennā ignis. Videte ne cōtēnatis vnū ex his pusillis: dico enī vobis, quia angeli eorū, in cęlis semper vidēt faciē patris mei qui in cęlis est. Venit enī filius hoīs saluare qđ peri erat. Quid vobis videtur si fuerit alicui cētū oues, & errauerit vna ex eis: nônne relinquit nonagin tanouē ī mōtibus, & vadit quęrere eā q̄ errauit? & si cōtigerit vt inueniat eā: amē dico vobis, quia gau det sup eā magis, q̄ super nonagintanouē q̄ nō erra uerūt. Sic nō est voluntas ante patrē vestrum, qui in cælis est, vt pereat vnus de pusillis istis.* 73.	& ignis non extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum. bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quòd si oculus tuus scandalizat te, eiice eum. bonū est tibi luscum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum nō moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim igne salietur: & omnis victima sale salietur. Bonum est sal. quòd si sal insulsum fuerit: in quo illud condietis? Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos. *74.		

CAP. 73. *Quomodo sit arguendus frater, eiq; in nos peccanti sit ignoscendum. Parabola regis conferentis rationem cum seruis suis.* Matth 18.* 72.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
SI aūt peccauerit ī te frater tu⁹, vade, et corripe eū inter te & ipsū solū. si te audierit: lucrat⁹ eris fratrē tuū. si aūt te nō audierit: adhibe tecū adhuc vnū vel duos, vt in ore duorū vel triū testiū stet ōne verbū. Quòd si nō audierit eos: dic ecclesię. si aūt ecclesiā nō audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amē dico vobis q̄cunq; alligaueritis sup terrā, erūt ligata & in cęlo;			

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
& quęcunq; solueritis sup terrã, erũt soluta & ĩ cęlo. Iterũ dico vobis, q̃a si duo ex vobis cõsenserĩt sup terrã, de omni re quãcunq; petierint, fiet illis à patre meo q̃ in cęlis est. Vbi enĩ sunt duo vel tres cõgregati ĩ nomine meo, ibi sum in medio eorũ. Tũc accedẽs Petr⁹ ad eũ, dixit, Dñe, quoties peccabit in me frater me⁹, & dimittã ei? vsq; septies? Dixit illi Iesus, Nõ dico tibi vsq; septies: sed vsq; septuagies septies. Ideo assimilatũ est regnũ cęlorũ hoĩ regi, q̃ voluit rationẽ ponere cũ seruis suis. Et cũ cœpisset rationẽ ponere, oblatus est ei vnus qui debebat ei decẽ millia talẽta. Cùm aũt nõ haberet vnde redderet, iussit eũ dñs eius vęnundari, & vxorẽ eius, & filios, & oĩa quę habebat, & reddi. Prócidẽs aũt seruus ille, orabat eũ, dicẽs, Patiẽtiã habe in me, & oĩa reddã tibi. Misertus aũt dominus serui illius, dimisit eum, & debitũ dimisit ei. Egressus aũt seruus ille, inuenit vnũ de cõseruis suis, q̃ debebat ei cẽtũ denarios: & tenens suffocabat eũ, dicẽs, Redde qđ debes. Et ꝓcidẽs cõseru⁹ eius, rogabat eũ, dicẽs, Patiẽtiã habe in me, & oĩa reddã tibi. Ille aũt noluit: sed abiit, & misit eũ ĩ carcerẽ, donec redderet debitũ. Vidẽtes aũt cõserui eius quæ fiebãt, cõtristati sunt valde: & venerũt, & narrauerũt dño suo oĩa q̃ facta fuerãt. Tũc vocauit illũ dñs suus: & ait illi. Serue nequã, omñe debitũ dimisi tibi, quoniã rogasti me: nõne ergo oportuit & te misereri cõserui tui, sicut & ego tuĩ misertus sum? Et iratus dñs eius, tradidit eũ tortoribus, quoadusq; redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus cælestis faciet vobis, si nõ remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. * 73.			

CAP. 74. *Christus relicta Galilæa, proficiscitur in Iudæam.*
Matth. 19. 73. *Mar. 10.* 72.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
ET factum est, cùm cõsummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trãs Iordanem, & secutæ sunt eum turbæ multæ: & curauit eos ibi. * 99.	ET inde exurgens, venit in fines Iudææ vltrà Iordanem: & conueniunt iterum turbæ ad eum. & sicut consueuerat, iterum docebat illos. * 99.		

CAP. 75. *Iesus Hierosolyma clam profectus est ad diem festum Tabernaculorum.* *Iohan. 7.* * 59.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			ERat autem in proximo dies festus Iudęorum, Scenopegia. Dixerunt autẽ ad eum fratres eius, Transi hinc, & vade in Iudęam, vt & discipuli tui videant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palàm esse. si hęc facis, manifesta teipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum. Dicit ergo eis Iesus, Tẽpus meũ nondum aduenit: tempus autem vestrũ semper est paratum. Nõ potest mundus odisse vos, me aũt odit: quia ego testimoniũ perhibeo de illo quòd opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diẽ festum hunc. ego non ascendo ad diem festum istum: quia męum tempus nondum impletum est. Hęc cùm dixisset, ipse mansit in Galilęa. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifestè, sed quasi in occulto. * 78.

CAP. 76. *Samaritani prohibent Christum hospitio. Luc. 9. * 71.*

S. Matthaeus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		FActum est aũt dum compleretur dies assumptionis eius, & ipse faciẽ suã firmauit vt iret in Ierusalẽ. Et misit nũtios ante cõspectum suum: & euntes intrauerũt in ciuitatem Samaritanorũ vt pararent illi. Et nõ receperunt eũ, quia facies eius erat eũtis in Ierusalẽ. Cùm vidissent autem discipuli eius Iacobus, & Iohannes, dixerũt, Domine vis dicimus vt ignis descẽdat de cælo, & consumat illos? Et conuersus increpauit illos, dicens, Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abierũt in aliud castellũ. *29.	

CAP. 77. *Decem viri leprosi à Christo purgantur in itinere Hierosolymitano, quorum non nisi vnus, & ille quidem Samaritanus, de beneficio accepto gratias agit. Luc. 17.* 101.

S. Matthaeus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		ET factũ est, dũ iret in Ierusalẽ, transibat per mediã Samariam & Galilæã. Et cũ ingrederetur quoddã castellũ, occurrerũt ei decẽ viri leprosi, qui steterũt à lõgè: & leuauerũt vocem, dicẽtes, Iesu pręceptor, miserere nostrî. Quos vt vidit, dixit, Ite, ostẽdite vos sacerdotibus. Et factũ est dũ irẽt, mundati sunt. Vnus autẽ ex illis, vt vidit quia mũdatus est: regressus est, cũ magna voce magnificãs Deũ, & cecidit in faciẽ ante pedes eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus. Respõdẽs aũt Iesus, dixit, Nónne decẽ mũdati sunt? & nouẽ vbi sunt? Nõ est inuẽtus qui rediret, & daret gloriã Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi, Surge, vade, quia fides tua te saluum fecit. * 101.	

*CAP. 78. Christus in Templum ingressus, medio die festo Tabernaculorum docet populum, & mirantur Iudæi, eum literas scire, quos reprehendit, quòd quærant eum interficere. Mittuntur, qui eum comprehendant, sed illi audita eius doctrina, eum collaudant. & Nicodemus Christum defendens, à Pharisæis male accipitur. Iohan. 7. *75.*

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			IVdæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant, Vbi est ille? Et murmur multus erat in turba de eo. Quidam enim dicebant, Quia bonus est. Alij autem dicebant, Non, sed seducit turbas. Nemo tamen palàm loquebatur de illo, propter metum Iudæorum. Iam autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat. Et mirabantur Iudæi, dicentes, Quomodo hic literas scit, cùm non didicerit? Respondit eis Iesus, & dixit, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina, vtrùm ex Deo sit, an ego à meipso loquar. Qui à semetipso loquitur. gloriam propriam quęrit. qui autem quærit gloriá eius qui misit eũ, hic verax est, & iniustitia in illo nõ est. Nónne Moyses dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit, Dæmonium habes: quis te quærit interficere? Respõdit Iesus, & dixit eis, Vnum opus feci: & oẽs miramini. propterea Moyses dedit vobis circuncisionem: non quia ex Moyse est, sed ex patrib9, & in sabbatho

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			circunciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbatho, vt non soluatur lex Moysi: mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbatho? Nolite iudicare secundùm faciẽ: sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidã ex Ierosolymis, Nõnne hic est quem quærunt interficere? Et ecce, palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes, quia hîc est Christus? Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem cùm venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo Iesus in tẽplo docens, & dicens, Et me scitis, & vnde sim scitis. & à meipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebãt, Christus cùm venerit, nunquid plura signa faciet quàm quę hic facit? Audierunt Pharisæi turbam murmurantẽ de illo hæc: & miserũt principes & Pharisęi ministros vt apprehenderent eum. Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum qui me misit. Quæritis me, & non inuenietis: & vbi ego sum, vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudęi ad semetipsos, Quò hic iturus est, quia non inueniemus eum? nunquid in dispersionem Gẽtium iturus est, & docturus Gentes? Quis est hic sermo quem dixit, Quæretis me, & non inuenietis: & vbi sum ego, vos non potestis venire? In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			Iesus,& clamabat,dicens,Siquis sitit,veniat ad me,& bibat.Qui credit in me,sicut dicit scriptura:flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.(Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credẽtes in eum. nondum enim erat Spiritus datus:quia Iesus nondum erat glorificatus)Ex illa ergo turba cũ audissent hos sermones eius, dicebant, Hic est verè propheta. Alij dicebant, Hic est Christus. Quidam autem dicebant, Nunquid à Galilæa venit Christus? Nónne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Beth-lèhem castello,vbi erat Dauid,venit Christus?Dissensio itaque facta est in turba propter eum. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus. Venerunt ergo ministri ad pontifices & Pharisæos.Et dixerunt eis illi, Quare non adduxistis illum?Responderunt ministri, Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Responderunt ergo eis Pharisæi. Nunquid & vos seducti estis? Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum,aut ex Pharisæis? sed turba hæc quæ non nouit legẽ,maledicti sunt. Dixit Nicodémus ad eos, ille qui vênit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis: Nunquid lex nostra iudicat hominem: nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Responderunt,& dixerunt ei, Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare,& vide quia à Galilæa propheta non surgit. Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.* 79.

CAP. 79. *Mulierem in adulterio deprehensam non condemnat. Iohan. 8.* * 78.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas	S. Iohannes.
			IEsus aũt perrexit in monté Oliueti: & diluculo iterũ venit in templum, & omnis populus venit ad eũ, & sedẽs docebat eos. Adducunt aũt Scribę & Pharisęi mulierẽ in adulterio deprehẽsam: & statuerunt eã in medio, & dixerũt ei, Magister, hęc mulier modò deprehensa est in adulterio. In lege aũt Moyses mãdauit nobis, huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc aũt dicebãt tẽtantes eũ. vt possent accusare eũ. Iesus aũt inclinãs se deorsum, digito scribebat in terra. Cùm ergo perseuerarẽt interrogãtes eũ: erexit se, & dixit eis, Qui sine peccato est vestrũ, primus in illã lapidẽ mittat. Et iterũ se inclinans, scribebat in terra. Audiẽtes autẽ, vnus post vnũ exibãt, incipientes à senioribus: & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus, dixit ei, Mulier, vbi sunt qui te accusabant? nemo te condẽnauit? Quæ dixit: Nemo, Domine. Dixit autẽ Iesus, Nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare. * 80.

CAP. 80. *Rursus in templo verba facit Iesus ad populum. Iudæi Iesum conuitijs lacessunt, lapidibus eum obruituri, nisi ille se subduxisset. Iohan. 8.* * 79.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			ITerũ ergo locutus est eis Iesus, dicẽs, Ego sum lux mundi. qui sequitur me, nõ ambulat in tenebris; sed habebit lumen vitę. Dixerunt ergo ei Pharisęi. Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. Respondit Iesus, & dixit eis, Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni,

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			& quò vado: vos aũt nescitis vnde venio, aut quò vado. Vos secundùm carnẽ iudicatis: ego non iudico quenquam. & si iudico ego, iudicium meum verũ est: quia solus non sum, sed ego, & qui misit me, Pater. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominũ testimoniũ verũ est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater. Dicebát ergo ei, Vbi est pater tuus? Respõdit Iesus. Neq; me scitis, neque Patrem meũ. si me sciretis: forsitan & Patrẽ meũ sciretis. Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio docẽs in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius. Dixit ergo iterum eis Iesus, Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quò ego vado, vos nõ potestis venire. Dicebant ergo Iudæi, Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, Quò ego vado, vos nõ potestis venire? Et dicebat eis, Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mũdo hoc estis: ego non sum de hoc mũdo. Dixi ergo vobis, q̃a moriemini in peccatis vestris. si enim nõ credideritis q̃a ego sum, moriemini in peccato vestro. Dicebát ergo ei, Tu quis es? Dixit eis Iesus, Principiũ qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare. sed qui me misit, verax est; & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mũdo. Et nõ cognouerũt q̃a patrẽ eis dicebat Deũ. Dixit ergo eis Iesus, Cũ exaltaueritis filiũ hoĩs, tũc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor: & qui me misit, mecũ est: & nõ

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			reliquit me ſolum, quia ego quę placita ſunt ei, facio ſemper. Hæc illo loquente multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Ieſus ad eos qui crediderũt ei, Iudęos, Si vos mãſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis: & cognoſcetis veritatẽ, & veritas liberabit vos. Reſpõderunt ei, Semẽ Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam: quomodo tu dicis, Liberi eritis? Reſpondit eis Ieſus, Amen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. ſeruus autem non manet in domo in ęternum: filius manet in æternum. ſi ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Scio quia filij Abrahæ eſtis: ſed quæritis me interficere, quia ſermo meus nõ capit in vobis. Ego quod vidi apud Patrem, loquor: & vos quę vidiſtis apud patrẽ veſtrum, facitis. Reſponderunt & dixerũt ei, Pater noſter, Abraham eſt. Dicit eis Ieſus, Si filij Abrahę eſtis, opera Abrahę facite. Nunc aũt, quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus ſum, quam audiui à Deo. hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris veſtri. Dixerũt itaque ei, Nos ex fornicatione non ſumus nati. vnum patrem habemus Deum. Dixit ergo eis Ieſus: Si Deus pater veſter eſſet: diligeretis vtiq; me. ego enim ex Deo proceſsi, & veni: neq; enim à meipſo veni, ſed ille me miſit. Quare loquelam meam non cognoſcitis? Quia nõ poteſtis audire ſermonẽ meũ. Vos ex patre diabolo eſtis: & deſideria patris veſtri vultis facere. ille, homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit: quia non eſt veritas in eo. cùm loquitur mendaciũ, ex propriis loquitur,

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			quia mendax eſt,&pater eius. Ego autẽ quia veritatem dico,non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatẽ dico: quare vos nõ creditis mihi? Qui ex Deo eſt,verba Dei audit. Propterea vos nõ auditis,quia ex Deo non eſtis. Reſpõderunt ergo Iudæi,& dixerũt ei,Nonne bene dicimus nos,quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Reſpõdit Ieſus,Ego dęmoniũ nõ habeo ſed honorifico patrẽ meũ, & vos inhonoraſtis me. Ego aũt non quæro gloriã meã. eſt qui quærat,& iudicet. Amen, amen dico vobis,ſi quis ſermonẽ meum ſeruauerit, mortẽ non videbit in æternum. Dixerunt ego Iudęi,Nunc cognouimus,quia dęmoniũ habes. Abraham mortuus eſt & Prophetę: & tu dicis, Si quis ſermonẽ meũ ſeruauerit,nõ guſtabit mortẽ in æternũ. Nunquid tu maior es patre noſtro Abrahã,qui mortuus eſt? & Prophetæ mortui ſunt. Quẽ teipſum facis? Reſpondit Ieſus, Si ego glorifico meipſum,gloria mea nihil eſt. eſt pater meus qui glorificat me, quẽ vos dicitis quia Deus veſter eſt. & nõ cognouiſtis eum,ego autẽ noui eũ. Et ſi dixero quia nõ ſcio eum: ero ſimilis vobis, mẽdax. Sed ſcio eũ,& ſermonẽ eius ſeruo Abrahã pater veſter exultauit vt videret diẽ meũ: & vidit, & gauiſus eſt. Dixerũt ergo Iudęi ad eũ,Quinquaginta annos nõdum habes, & Abraham vidiſti? Dixit eis Ieſus,Amen,amen dico vobis, antequã Abrahã fieret,ego ſum. Tulerũt ergo lapides vt iacerent in eum. Ieſus aũt abſcondit ſe, & exiuit de templo.* 81.

CAP. 81. *Aperiuntur oculi hominis, qui cæcus à primo ortu fuerat.*
Iohan.9. * 50.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas	S. Iohannes.
			ET prçteriẽs Iesus vidit hominẽ cçcũ à natiuitate: & interrogauerunt eũ discipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respõdit Iesus, Neq; hic peccauit neq; parẽtes eius: sed vt manifestẽtur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. quãdiu sum in mundo, lux sum mundi. Hçc cùm dixisset, expuit in terrã, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutũ super oculos eius, & dixit ei, Vade, laua in natatoria Silóe, quod interpretatur Missus. Abiit ergo, & lauit: & venit videns. Itaque vicini & qui viderant eũ priùs quia mẽdicus erat, dicebãt, Nónne hic est qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant, Quia hic est. Alij aũt, Nequaquam, sed similis est ei. Ille verò dicebat, Quia ego sum. Dicebãt ergo ei, Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respõdit, Ille homo qui dicitur Iesus, lutũ fecit. & vnxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoriam Silóe, & laua. Et abij, & laui, & vidi. Et dixerunt ei, Vbi est ille? Ait, Nescio. Adducũt eum ad Pharisços qui cæcus fuerat. Erat autem sabbathum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabãt eũ Pharisæi, quomodo vidisset. Ille autem dixit eis, Lutum mihi posuit super oculos, & laui: & video. Dicebant ergo ex Pharisæis quidam, Non est hic homo à Deo,

S. Matthaeus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			à Deo, qui ſabbathum non cuſtodit. Alij autem dicebát, Quomodo poteſt homo peccator hęc ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos. Dicũt ergo cęco iterũ, Tu, quid dicis de illo q̃ aperuit oculos tuos? Ille aũt dixit, Quia ꝓpheta eſt. Non crediderũt ergo Iudęi de illo, quia cęcus fuiſſet & vidiſſet: donec vocauerunt parentes eius qui viderat, & interrogauerunt eos, dicentes, Hic eſt filius veſter, quẽ vos dicitis quia cęcus natus eſt? Quomodo ergo nunc videt? Reſpõderunt eis parentes eius, & dixerunt, Scimus quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt: quomodo autem nunc videat, neſcimus, aut quis eius aperuit oculos, nos neſcimus, ipſum interrogate: ætatẽ habet, ipſe de ſe loquatur. Hęc dixerunt parentes eius, quoniã timebát Iudæos. iam enim conſpirauerãt Iudęi, vt ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtũ, extra ſynagogam fieret. Propterea parẽtes eius dixerunt, Quia ętatem habet, ipſum interrogate. Vocauerũt ergo rurſũm hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei, Da gloriã Deo, nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. Dixit ergo eis ille, Si peccator eſt, neſcio: vnũ ſcio, quia cęcus cùm eſſem, modò video. Dixerũt ergo illi, Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Reſpondit eis, Dixi vobis iam, & audiſtis: quid iterũ vultis audire? nũquid & vos vultis diſcipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerũt, Tu diſcipulus illius ſis: nos autẽ Moyſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus quia Moyſi locutus eſt Deus: hunc autem neſcimus vnde ſit. Reſpõdit ille homo, & dixit eis,

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S Iohannes.
			In hoc enim mirabile est quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos. scimus autẽ quia peccatores Deus nõ audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatẽ eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditũ, quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, nõ poterat facere quicquã. Responderunt, & dixerunt ei, In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras: & cùm inuenisset eum, dixit ei, Tu credis in filiũ Dei? Respõdit ille, & dixit, Quis est Domine, vt credam in eum? Et dixit ei Iesus, Et vidisti eum: & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait, Credo Domine. Et prócidens adorauit eum. Et dixit ei Iesus, In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vident, videant, & qui vident, cęci fiant. Et audierunt quidam ex Pharisæis qui cum ipso erant, & dixerũt ei, Nũquid & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus, Si cæci essetis, nõ haberetis peccatũ, nunc verò dicitis, Quia videmus. Peccatum vestrũ manet. * 82.

CAP. 82. *Prouerbium de pastore in ouile per ostium intrante, & aliorsum ascendente. Iohan. 10.* * 81.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			AMen, amẽ dico vobis, qui non intrat per ostiũ in ouile ouiũ, sed ascẽdit aliunde: ille fur est & latro. Qui aũt intrat per ostium, pastor est ouiũ. Huic ostiarius aperit: & oues vocem eius audiunt: & ꝓprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cùm proprias oues emiserit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur, quia sciunt vocẽ eius. Alienũ aũt nõ sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non

S. Matthaus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			nouerũt vocẽ alienorũ. Hoc prouerbiũ dixit eis Iesus. Illi autẽ nõ cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterũ Iesus, Amẽ, amẽ dico vobis, quia ego ſum oſtiũ ouiũ. Omnes quotquot venerũt, fures ſunt & latrones: ſed nõ audierũt eos oues. Ego ſum oſtiũ. Per me ſi quis introierit, ſaluabitur: & ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet. Fur nõ venit niſi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni vt vitã habeant, & abundantius habeãt. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animã ſuã dat pro ouibus ſuis. Mercenarius aũt & qui non eſt paſtor, cuius nõ ſunt oues ꝓprię, videt lupũ venientẽ, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & diſpergit oues. mercenarius aũt fugit, quia mercenarius eſt: & non pertinet ad eum de ouibus. Ego ſum paſtor bonus: & cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem: & animã meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo quæ nõ ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnũ ouile & vnus paſtor. Propterea me diligit pater quia ego pono animã meam, vt iterum ſumam eam. Nemo tollit eam à me: ſed ego pono eam à meipſo. & poteſtatem habeo ponendi eã: & poteſtatẽ habeo iterũ ſumẽdi eã. Hoc mãdatum accepi à patre meo. Diſſenſio iterum facta eſt inter Iudęos propter ſermones hos. Dicebãt aũt multi ex ipſis, Dęmoniũ habet & inſanit: quid eũ auditis? Alij dicebãt, Hęc verba nõ ſunt dęmoniũ habentis. nunquid dęmoniũ poteſt cæcorum oculos aperire? *96.

 Cap.

CAP. 83. *Iesus emittit septuaginta duos discipulos prædicatum. Luc. 10. * 29.*

S. Matthæus	S. Marcus	S. Lucas	S. Iohannes
		POst hęc aũt designauit Dñs & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciẽ suá in oẽm ciuitatẽ & locũ quò erat ipse venturus. Et dicebat illis, Messis quidẽ multa: operarij aũt pauci. Rogate ergo dñm messis, vt mittat operarios in messẽ suá. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculũ, neq; perá, neq; calceaméta: & neminẽ p via salutaueritis. In quácunq; domũ intraueritis, primũ dicite, pax huic domui. & si ibi fuerit filius pacis, requiescet sup illũ pax vestra: sin aũt, ad vos reuertetur. In eadẽ aũt domo manete edẽtes & bibẽtes q̃ apud illos sunt. dignus est enĩ operari⁹ mercede sua. Nolite trãsire de domo in domũ. Et in quácunq; ciuitatẽ intraueritis, & susceperint vos, mãducate q̃ apponũtur vobis: & curate infirmos q̃ in illa sunt, & dicite illis, Appropinquauit in vos regnũ Dei. In quácunq; aũt ciuitatẽ intraueritis, & nõ susceperint vos, exeũtes in plateas ei⁹, dicite, Etiã puluerẽ q̃ adhęsit nobis de ciuitate vestra, extergim⁹ in vos. tamẽ hoc scitote, quia appropinquauit regnum Dei. Dico vobis quia Sodomis in die illa remissi⁹ erit, q̃ illi ciuitati. Væ tibi Corozaĩ, vę tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factę fuissent virtutes q̃ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedẽtes pœniterent. Veruntamen Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio, quàm vobis. Et tu Capharnaum vsque ad cælum exaltata: vsque ad infernum demergẽris. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui	

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		aũt me spernit, spernit eũ qui misit me. Reuersi sunt aũt septuaginta duo cum gaudio, dicẽtes, Dñe, etiã dęmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis, Videbã satanã sicut fulgur de cęlo cadentem. Ecce, dedi vobis potestatẽ calcandi supra serpentes, & scorpiones, & sup omnẽ virtutẽ inimici, & nihil vobis nocebit. Veruntamẽ in hoc nolite gaudere, quia spirit⁹ vobis subijciũtur: gaudete autem, quòd nomina vestra scripta sunt in cælis. In ipsa hora exultauit spiritu, & dixit, Confiteor tibi pater, Dñe cęli & terrę, quòd abscõdisti hęc à sapiẽtibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Etiã pater, quoniã sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo scit quis sit filius, nisi pater & quis sit pater, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et cõuersus ad discipulos suos, dixit, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quòd multi prophetę & reges voluerũt videre quæ vos videtis, & non viderũt. & audire q̃ auditis, & nõ audierũt.* 84.	

CAP. 84. *Parabola de Samaritano vulneratum curante. Luc. 10.* 83.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		ET ecce quidã Legisperitus surrexit, tentãs illũ, & dicens, Magister, quid faciẽdo vitã ęternã possidebo? At ille dixit ad eũ, In lege quid scriptũ est? quomodo legis? Ille respõdẽs dixit, Diliges Dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota aĩa tua, & ex omnib⁹ viribus tuis, & ex omni mẽte tua: & ꝓximũ tuũ sicut te ipsum. Dixitq; illi, Rectè respõdisti, hoc fac & viues. Ille autem volens iustificare seipsum,	

S. Matthaus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		seipsum, dixit ad Iesum, Et quis est meꝰ ꝓximus? Suscipiēs aūt Iesus, dixit, Homo quidā descēdebat ab Ierusalē in Iericho, & incidit in latrones, q etiā despoliauerūt eū: & plagis impositis abierūt, semiuiuo relicto. Accidit aūt vt sacerdos quidā descenderet eadē via: & viso illo præteriuit. Similiter & Leuita, cùm esset secus locū, & videret eū, ptrāsiit. Samaritanus aūt quidā iter faciēs, venit secus eū: & vidēs eū, misericordia motus est. Et appiās alligauit vulnera eius, infūdēs oleū & vinū: & imponēs illū in iumētū suū, duxit in stabulū, & curā eius egit. Et altera die ꝓtulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait, Curā illius habe: & quodcunq; supererogaueris, ego cū rediero reddā tibi. Quis horū triū videtur tibi ꝓximus fuisse illi q incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus, Vade, & tu fac similiter.* 85.	

CAP. 85. *Martha Christum excipit in domum suam.* Luc. 10.* 84.

S. Matthaus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		FActū est aūt dū irēt, & ipse intrauit in quoddā castellū: & mulier quædam Martha nomine, excepit illū in domum suā, & huic erat soror nomine Maria. quę etiā sedēs secus pedes Dñi, audiebat verbum illius. Martha aūt satagebat circa frequēs ministeriū. q stetit & ait, Dñe, nō est tibi curę quòd soror mea reliquit me solā ministrare? dic ergo illi, vt me adiuuet. Et respōdens dixit illi Dominus, Martha, Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* 86.	

Cap.

CAP. 86. *Christus discipulis suis tradit formulam precandi. Luc. 11.* 85.

S. Matthaus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		ET Factum est: cùm esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum. Domine, doce nos orare, sicut docuit & Iohannes discipulos suos. Et ait illis, Cùm oratis, dicite, Pater, sanctificetur nomẽ tuũ. Adueniat regnũ tuũ, panẽ nostrũ quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis peccata nostra, siquidẽ & ipsi dimittim⁹ omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. Et ait ad illos, Quis vestrûm habebit amicũ, & ibit ad illũ media nocte, & dicet illi, Amice, cômoda mihi tres panes, quoniá amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponã ante illũ: & ille deintus respõdẽs dicat, Noli mihi molestus esse, iá ostium clausum est, & pueri mei mecũ sunt in cubili: non possum surgere & dare tibi. Etsi ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, etsi non dabit illi surgens eò quòd amicus eius sit, propter improbitatẽ tamẽ eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quęrite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quęrit, inuenit, & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum: nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quantò magis pater vester de cælo dabit spiritũ bonũ petentibus se? * 49.	

CAP. 87. *Reprehendit præposteram Pharisæorum religionem in sola externa mundicie positam: quibus vt hypocritis minuta persequentibus, & præcipua omittentibus, vnà cum Legisperitis in alios seuerissimis, omnia sibi indulgentibus, vehementer comminatur. Luc 11.* 42.*

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		ET cùm loqueretur, rogauit illũ quidã Pharisęus vt prãderet apud se. Et ingressus recubuit. Pharisęus aũt cœpit intra se reputans dicere, quare nõ baptizatus esset ante prãdium. Et ait Dñs ad illũ, Nũc vos Pharisæi quod deforis est calicis & catini mũdatis, qđ autem intus est vestrum, plenũ est rapina & iniquitate. Stulti, nónne qui fecit quod deforis est, etiàm id quod déintus est, fecit? Veruntamen quod superest, date eleemosynã: & ecce omnia munda sunt vobis. Sed væ vobis Pharisęis, quia decimatis mentã, & rutã, & omne olus: & pręteritis iudicium & charitatem Dei. hęc autem oportuit facere, & illa nõ omittere. Væ vobis Pharisęis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Væ vobis quia estis vt monumenta quæ non apparent, & homines ambulantes suprà, nesciunt. Respondẽs autem quidam ex Legisperitis, ait illi, Magister, hæc dicens etiam cõtumeliam nobis facis. At ille ait, Et vobis legisperitis væ: quia oneratis homines oneribus quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro nõ tangitis sarcinas. Væ vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. Profectò testificamini quòd consentitis operibus patrum vestrorum: quoniã ipsi quidẽ eos occiderunt,	

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		derunt, vos autem ædificatis eorum sepulchra Propterea & sapientia Dei dixit, Mittá ad illos Prophetas & Apostolos, & ex illis occident & persequentur. vt inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi à generatione ista, á sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ qui periit inter altare & ædē. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. Væ vobis Legisperitis, quia tulistis clauē scientiæ: ipsi nō introistis, & eos qui introibát ꝓhibuistis. Cùm aūt hęc ad illos diceret, cœperūt Pharisæi & Legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis, insidiátes ei, & quęrentes aliquid capere de ore eius, vt accusarent eum. * 88.	

CAP. 88. *Cauendum docet à fermento Pharisæorum, & mortem corporis non esse timendam. Quanta item sit constantis confessionis merces, quanta impiæ abnegationis pœna. Luc. 12.* * 87.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		MVltis aūt turbis circūstātibus, ita vt se inuicē cōculcarēt, cœpit dicere ad discipulos suos. Attēdite à fermento Pharisæorū, qđ est hypocrisis. Nihil aūt opertū est, qđ nō reueletur: neq; abscōditū, qđ nō sciatur. Quoniā q̄ in tenebris dixistis, in lumine dicētur: & qđ in aurē locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico aūt vobis amicis meis, Ne terreamini ab his qui occidūt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciát Ostēdá aūt vobis quem timeatis: timete eum, qui postquā occiderit, habet potestatem mittere in gehēnam, ita dico vobis, hunc timere Nónne quinque passeres v eneunt dipondio, & vnus ex illis,	

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		illis nõ eſt in obliuione corã Deo? Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus pluris eſtis. Dico aũt vobis, Omnis quicunq; cõfeſſus fuerit me corã hominibus, & filius hoĩs cõfitebitur illũ corã angelis Dei. qui autẽ negauerit me coram hominibus, negabitur corã angelis Dei. Et omnis qui dicit verbũ in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in Spiritum ſanctũ blaſphemauerit, nõ remittetur. Cùm autẽ inducẽt vos in ſynagogas, & ad magiſtratus & poteſtates, nolite ſoliciti eſſe qualiter, aut quid reſpondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim ſanctus docebit vos in ipſa hora quid oporteat vos dicere.* 89.	

CAP. 89. *Fugiendam eſſe auaritiam & ſolicitudinem eorum quæ ad victum cultũq; corporis pertinent, ex parabola diuitis horrea ſua laxiora facientis, & maximã vim copiamq; rerum in multos annos recondentis. Luc. 12.*. 88.*

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
		AIt aũt ei quidã de turba, Magiſter, dic fratri meo vt diuidat mecũ hęreditatẽ. At ille dixit ei, Homo, quis me cõſtituit iudicẽ aut diuiſorẽ ſuper vos? Dixitque ad illos, Videte & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt, ex his quę poſſidet. Dixit autem ſimilitudinem ad illos, dicens, Hominis cuiuſdam diuitis huberes fructus ager attulit. & cogitabat intra ſe dicens, Quid faciam, quia nõ habeo quò congregẽ fructus meos? Et dixit, Hoc faciam, Deſtruã horrea mea, & maiora faciã: & illuc cõgregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicã animę meę, Anima, habes multa bona	

S. Matthaeus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		na posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus, Stulte, hac nocte animam tuã repetunt à te: quę autem parasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thezaurizat, & non est in Deum diues. Dixitque ad discipulos suos, Ideo dico vobis. Nolite soliciti esse animę vestræ quid manducetis: neque corpori quid induamini. Anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimẽtum. Consyderate coruos, quia non seminant neque metunt, quibus nõ est cellarium neque horreum, & Deus pascit illos. Quantò magis vos pluris estis illis? Quis autem vestrûm cogitando potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum? Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de cęteris solliciti estis? Consyderate lilia quomodo crescunt: non laborât, neq; nent. dico autẽ vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. Si autẽ fœnum quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quantò magis vos, pusillæ fidei? Et vos nolite quærere, quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli: hæc enim omnia gentes mundi quærũt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis. Veruntamen quærite primùm regnum Dei; & hęc omnia adiicientur vobis. Nolite timere pusillus grex, quia cõplacuit patri vestro dare vobis regnũ. Vendite quę possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos qui nõ veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis: quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. * 90.	

CAP. 90. *Quomodo à fideli seruo expectandus sit Dominus. Luc 12. * 35.*

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum quãdo reuertatur à nuptiis: vt cùm venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes Amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secũda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniã si sciret paterfamiliâs, qua hora fur veniret, vigilaret vtiq; & non sineret perfodi domum suam Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Ait autem ei Petrus, Domine, ad nos dicis hanc parabolam: an & ad omnes? Dixit aũt Dñs, Quis, putas, est fidelis dispẽsator & prudẽs, quẽ cõstituit Dñs supra familiã suã, vt det illis in tẽpore tritici mẽsurã? Beatus ille seruus, quẽ cũ venerit Dñs, inuenerit ita facientem. Verè dico vobis, quoniã supra omnia quæ possidet, constituet illum. Quòd si dixerit seruus ille in corde suo, Morã facit Dominus me venire: & cœperit percutere seruos & ancillas, & edere & bibere, & inebriari: veniet dñs serui illius in die qua nõ sperat, & hora qua nescit, & diuidet eũ. partemq; eius cũ infidelibus ponet. Ille aũt seruus qui cognouit volũtatem domini sui, & nõ se prę̨parauit, & nõ fecit secũdũ volũtatẽ eius: vapulabit multis. qui aũt non cognouit, & fecit digna plagis: vapulabit paucis. Omni autem cui mul	

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		tũ datũ eſt, multũ quęretur ab eo: & cui cõmendauerũt multũ, plus petẽt ab eo. Ignem veni mittere in terram: & quid volo, niſi vt accendatur? Baptiſmo autẽ habeo baptizari: & quomodo coarctor, vſquedũ perficiatur? Putatis quia pacẽ veni dare in terrã? Non, dico vobis: ſed ſeparationẽ. erũt enim ex hoc, quinq; in domo vna diuiſi, tres in duos, & duo in tres: diuidẽtur pater in filiũ, & filius in patrẽ ſuũ, mater in filiã, & filia in matrẽ, ſocrus in nurũ ſuã, & nurus in ſocrum ſuã. Dicebat autẽ & ad turbas, Cùm videritis nubẽ oriẽtẽ ab occaſu, ſtatim dicitis, Nimbus venit: & ita fit & cùm auſtrũ flantẽ, dicitis, Quia æſtus erit: & fit. Hypocritæ, faciem cæli & terræ noſtis ꝓbare: hoc aũt tẽpus quomodo nõ probatis? Quid aũt & à vobiſipſis nõ iudicatis quod iuſtum eſt? Cùm aũt vadis cũ aduerſario tuo ad principem, in via da operã liberari ab illo: ne ſortè trahat te ad iudicẽ, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi non exies inde, donec etiam nouiſſimum minutum reddas. * 91.	

CAP. 91. *Occaſione Galilæorum in ſacrificijs ſuis mactatorum, & illorum, quos turris Siloe ruina oppreſſerat, Chriſtus ad pœnitentiam hortatur, alioqui inſtar ficus infructuoſæ excindendos. Luc. 13. * 90.*

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		ADerãt aũt quidã ipſo in tẽpore, nũtiantes illi de Galilæis, quorũ ſanguinẽ Pilatus miſcuit cũ ſacrificiis eorũ. Et reſpõdẽs dixit illis, Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſsi ſunt? Non, dico vobis: ſed niſi pœnitentiã habueritis, omnes ſimiliter peribitis. Sicut illi decem & octo, ſupra quos cecidit	

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		turris in Siloë, & occidit eos: putatis q̃a & ipsi debitores fuerint pręter oẽs homines habitãtes in Ierusalẽ? Nõ, dico vobis: sed si pœnitentiã nõ habueritis, oẽs similiter peribitis. Dicebat aũt hãc similitudinẽ, Arborẽ fici habebat quidã plãtatã in vinea sua: & venit quęrẽs fructũ in illa, & non inuenit. Dixit aũt ad cultorẽ vineæ, Ecce anni tres sunt ex quo venio quærẽs fructũ in ficulnea hac: & nõ inuenio. Succîde ergo illam: vt quid etiã terrã occupat? At ille respõdens dicit illi, Domine, dimitte illã & hoc anno vsque dum fodiã circa illã, & mittã stercora. & si quidẽ fecerit fructum: sin autem, in futurum succîdes eam. * 92.	

CAP. 92. *Sanatam Sabbato mulierem contractam princeps Synagogæ ægrè ferens reprehenditur, & regnum Dei grano sinapis atque fermento comparatur.* Luc. 13. * 91.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		ERat autem docens in synagoga eorũ sabbathis. Et ecce mulier quę habebat spiritum infirmitatis annis decẽ & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cùm videret Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi, Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deũ. Respondens autẽ archisynagogus, indignãs quia sabbatho curasset Iesus, dicebat turbę, Sex dies sunt in quibus oportet operari. in his ergo venite, & curamini: & non in die sabbathi. Respõdẽs autẽ ad illũ Dominus dixit, Hypocrita, vnusquisq; vestrûm sabbatho non soluit bouẽ suũ aut asinum à præsepio, & ducit adaquare? Hãc aũt filiã Abrahæ, quã alligauit Sata-	

S. Matthaus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		nas, ecce, decẽ & octo annis, nõ oportuit solui à vinculo isto die sabbathi? Et cûm hæc diceret, erubescebãt oẽs aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis quę gloriose fiebãt ab eo. Dicebat ergo, Cui simile est regnũ Dei, & cui simile æstimabo illud? Simile est grano sinapis, quod acceptũ homo misit in hortũ suum, & creuit: & factũ est in arborem magnã, & volucres cæli requieuerũt in ramis eius. Et iterum dixit, Cui simile æstimabo regnum Dei? Simile est fermẽto, qđ acceptũ mulier abscõdit in farinę sata tria: donec fermẽtaretur totũ.* 93.	

CAP. 93. *Angusta porta intrandum esse in regnum cælorum. Luc. 13.* 92.

S. Matthaus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		ET ibat ꝑ ciuitates & castella docẽs, & iter faciẽs in Ierusalẽ. Ait aũt illi quidã, Domine, si pauci sunt qui saluantur? Ipse aũt dixit ad illos, Cõtẽdite intrare ꝑ angustã portã: quia multi, dico vobis, quærẽt intrare, & nõ poterũt. Cùm aũt intrauerit paterfamiliâs, & clauserit ostium, & incipietis foris stare, & pulsare ostiũ, dicẽtes, Dñe aperi nobis: & respõdẽs dicet vobis, Nescio vos vnde sitis: tũc incipietis dicere, Mãducauimus corã te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis, Nescio vos, vnde sitis: discedite à me oẽs operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor dentiũ: cũ videritis Abraham & Isaac & Iacob, & oẽs Prophetas in regno Dei, vos aũt expelli foras. Et veniẽt ab Oriẽte & Occidẽte & Aquilone & Austro: & accũbẽt in regno Dei. Et ecce sunt nouissimi qui erũt primi, & sunt primi, qui erũt nouissimi. In ipsa die accesserunt quidã Pharisæo-	

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		riſęorum, dicentes illi, Exi & vade hinc: quia Herodes vult te occidere. Et ait illis, Ite, & dicite vulpi illi, Ecce eiicio dęmonia & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die cōſummor. Verũtamē oportet me hodie & cras & ſequenti die ambulare: quia nō capit prophetam perire extra Ieruſalē. Ieruſalē, Ieruſalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties volui cōgregare filios tuos quemadmodum auis nidũ ſuũ ſub pennis, & noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico autē vobis, quia non videbitis me donec veniat cùm dicetis, Benedictus qui venit in nomine Domini.* 94.	

CAP. 94. *Hydropicus à Ieſu die Sabbathi curatur. Luc. 14.* 93.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		ET factũ eſt: cùm intraret Ieſus in domum cuiuſdā principis Phariſæorũ ſabbatho mãducare panē, & ipſi obſeruabant eũ. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illũ. Et reſpōdens Ieſus dixit ad Legiſperitos & Phariſæos, dicēs, Si licet ſabbato curare? At illi tacuerũt. ipſe verò apprehenſum ſanauit eum, ac dimiſit. Et reſpondens ad illos dixit, Cuius veſtrûm aſinus aut bos in puteũ cadet: & non continuò extrahet illum die ſabbathi? Et nō poterant ad hæc [illegible]ſpondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendēs quomodo primos accubitus eligerent, dicēs ad illos, Cùm inuitatus fueris ad nuptias, nō diſcumbas in primo loco, ne fortè honoratior te ſit inuitatus ab illo: & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum rubo-	

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		re nouissimum locum tenere. sed cùm vocatus fueris, vade, recumbe in nouissi mo loco: vt cùm venerit qui te inuitauit dicat tibi, Amice, ascende superiùs. Túc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: quia omnis qui se exaltat, humilia bitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Di cebat autē & ei qui se inuitauerat, Cùm facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites: ne fortè te & ipsi reinuitent, & fiat tibi retributio sed cùm facis conuiuiū, voca pau peres, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris, quia nō habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hæc cùm audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi, Beatus qui manducabit panem in regno Dei. At ipse dixit ei, Homo quidā fecit cœnā magnam, & vocauit multos. Et misit ser uum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata sunt omnia. Et cœperūt simul oēs excusare Primus dixit ei, Villā emi, & necesse habeo exire & videre illā, rogo te habe me excusa tū. Et alter dixit, Iuga boū emi quinq;, & eo probare illa, rogo te habe me excu satū. Et alius dixit, Vxorē duxi, & ideo nō possum venire. Et reuersus seruus, nūtiauit hæc dño suo. Tūc iratus paterfamiliâs, dixit seruo suo, Exi citò in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes ac de biles & cæcos & claudos introduc huc. Et ait seruus, Dñe, factū est vt imperasti: & adhuc locus est. Et ait dñs seruo, Exi in vias & sepes: & cōpelle intrare, vt im pleatur domus mea. Dico autem vobis, quòd nemo virorū illorum qui vocati sunt, gustabit cœnā meā. * 95.	

CAP.95. *Christus omnibus posthabitis & relictis sequendus. Luc.14.* * 94.

S. Matthaus.	*S. Marcus.*	*S. Lucas*	*S. Iohannes.*
		IBant aũt turbę multæ cũ eo: & cõuersus dixit ad illos, Si quis venit ad me, & nõ odit patrẽ suũ & matrẽ, & vxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc aũt & animã suã: nõ potest meus esse discipulus. Et qui nõ baiulat crucẽ suã, & venit post me: nõ potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volẽs turrim ędificare, nõ prius sedẽs, cõputat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiẽdũ: ne posteã quàm posuerit fundamentũ, & nõ potuerit perficere, oẽs qui vidẽt, incipiãt illudere ei, dicẽtes, Quia hic homo cœpit ædificare, & nõ potuit consummare? Aut quis rex iturus cõmittere bellũ aduersus aliũ regẽ, nõ sedẽs priùs cogitat, si possit cũ decẽ millibus occurrere ei, qui cũ viginti millibus venit ad se? alioquin adhuc illo longè agente, legationẽ mittẽs, rogat eã quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renũtiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Bonum est sal. Si autem sal euanuerit: in quo condietur? Neque in terram, neque in sterquiliniũ vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiat.* 97.	

CAP.96. *Iesus die festo dedicationis aut potius restitutionis templi cum Iudæis disceptans in porticu Salomonis, eorum incredulitatem arguit, suam verò dignitatem ex operibus planè diuinis asserit. Qua eius oratione illi offensi eum prehendere volebant & lapidibus obruere, sed ipse è manibus eorum elabitur. Iohan.10.* * 82.

S. Matthaus	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
			FActa sunt aũt Encęnia in Ierosolymis & hyems erat. Et ambulabat Iesus in tẽplo, in porticu Salomonis. Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei,

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palàm. Respōdit eis Iesus, Loquor vobis: & non creditis. opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibēt de me: sed vos non creditis, quia nō estis ex ouibus meis. Oues meæ vocē meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me. & ego vitam æternam do eis: & nō peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquā de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater vnū sumus. Sustulerūt lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Respōdit eis Iesus. Multa bona opera ostēdi vobis ex patre meo, propter quod eorū opus me lapidatis? Responderunt ei Iudęi, De bono opere nō lapidam* te, sed de blasphemia, & quia tu homo cùm sis, facis teipsum Deū. Respōdit eis Iesus, Nōne scriptū est in lege vestra, quia Ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & nō potest solui scriptura: quē pater sanctificauit & misit in mūdū, vos dicitis, Quia blasphemas: qa dixi filius Dei sum? Si nō facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si aūt facio: & si mihi nō vultis credere, operib. credite: vt cognoscatis & credatis, quia pater in me est, & ego in patre. Quærebāt ergo eū apprehendere: & exiuit de manibus eorū. Et abiit ïterū trās Iordanē in eū locum vbi erat Iohannes baptizans primùm: & mansit illic. & multi venerūt ad eum, & dicebāt, Quia Iohānes quidem signum fecit nullū. Omnia aūt quæcunque dixit Iohannes de hoc, vera erāt. Et multi crediderūt in eū.* 105.

CAP. 97. *Scribis & Pharisæis Christi familiaritatem cum publicanis & peccatoribus molestè ferentibus proponuntur parabolæ ouis & drachmæ amissarũ, nec non & filij acolasti. Luc. 15.* 95.*

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		ERant autem appropinquantes ei publicani & peccatores vt audirẽt illũ. Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, dicentes, Quia hic peccatores recipit, & mãducat cũ illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens, Quis ex vobis homo qui habet centum oues: & si perdiderit vnã ex illis, nõne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illã quę perierat donec inueniat eã? Et cùm inuenerit eã, imponit in humeros suos gaudẽs: & veniens domũ conuocat amicos & vicinos, dicẽs illis, Cõgratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Dico vobis, quòd ita gaudiũ erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis qui non indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem: si perdiderit drachmam vnam, nónne accendit lucernam, & euertit domum, & quęrit diligenter, donec inueniat? Et cùm inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens, Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita, dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Ait autem, Homo quidam habuit duos filios: & dixit adolescentior ex illis patri, Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies, congregatis omnibus adolescẽtior filius	

filius peregrè profectus est in regionem longinquam: & ibi dissipauit substantiā suam viuēdo luxuriosè. Et postquā omnia cōsummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere. Et abiit, & adhæsit vni ciuiū regionis illius. Et misit illum in villam suam vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrē suū de siliquis quas porci manducabāt: & nemo illi dabat. In se autem reuersus dixit, Quanti mercenarij patris mei abundant panibus? ego autem hîc fame pereo. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater, peccaui in cælum & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cùm autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixitque ei filius, Pater, peccaui in cælum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos, Citò proferte stolam primā, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius: & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro, & cùm veniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum: & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent. Isque dixit illi, Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulū saginatum, quia saluum illū recepit.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		cepit. Indignatus est aũt, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus cœpit rogare illũ. At ille respõdens, dixit patri suo, Ecce tot annis seruio tibi, & nunquã mandatũ tuũ præteriui, & nunquã dedisti mihi hœdũ vt cũ amicis meis epularer: sed postquã filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suã cum meretricibus venit, occidisti illi vitulum saginatũ. At ipse dixit illi, Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.* 98.	

CAP. 98. *Ex Parabola dispensatoris iniqui hortatur ad dandam eleemosynam, & docet, neminem posse duobus dominis seruire. Luc. 16.* * 97.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		DIcebat aũt & ad discipulos suos, Homo quidam erat diues qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illũ, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum, & ait illi, Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Ait autẽ villicus intra se, Quid faciã, quia dominus meus aufert à me villicationem? fodere nõ valeo, mẽdicare erubesco. Scio quid faciã, vt cùm amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo, Quantũ debes domino meo? At ille dicit, Centum cados olei. Dixitque illi, Accipe cautionẽ tuã: & sede, citò scribe quinquaginta. Deinde alii dixit, Tu verò quãtũ debes? Qui ait, Centum coros tritici. Ait illi, Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit	

S. Matheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		uit dominus villicũ iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mámóna iniquitatis · vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammóna fideles non fuistis, quod verum est, quis credat vobis? Et si in alieno fideles non fuistis: quod vestrum est, quis dabit vobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire. aut enim vnum odiet, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammónæ. Audiebant autem omnia hæc Pharisæi qui erant auari: & deridebant illum. Et ait illis, Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deũ. Lex & prophetæ vsque ad Iohannem. ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. Facilius est autem cælum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere.* 99.	

CAP. 97. Asseritur contra Pharisæos indissolubile matrimonij vinculum. Mat. 19. 74. Mar. 10.* 74. Luc. 16.* 98.*

S. Matthaus.	S. Marcus.	S. Lucas	S. Iohannes.
ET accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes, Si licet homini dimittere vxorem suam, quacunque ex causa? Qui respondens, ait eis, Non legitis, quia qui fecit ab initio, masculum	ET accedentes Pharisæi, interrogabant eum, Si	OMNIS qui dimittit vxorem suam, & alteram du-	

S

S. Matthaeus.

masculum & fœminã fecit eos? Et dixit, Propter hoc, dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. itaque iam nõ sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit homo non separet. Dicunt illi, Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij, & dimittere? Ait illis, Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Dicunt ei discipuli eius, Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis, Non omnes capiunt verbũ istud sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, q seipsos castrauerũt propter regnum cælorũ. Qui potest capere, capiat. *103.

S. Marcus.

Si licet viro vxorem dimittere? tentantes eum. At ille respondens, dixit eis, Quid vobis præcepit Moyses? Qui dixerunt. Moyses permisit libellum repudij scribere, & dimittere. Quibus respondens Iesus, ait, Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptũ istud. ab initio autẽ creaturæ masculum & fœminam fecit eos Deus. Propter hoc, relinquet homo patrem suum & matrem: & adhærebit ad vxorem suam, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum. Et ait illis, Quicũque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam. Et si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur. *103.

S. Lucas.

ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. *100.

S. Iohannes.

CAP.100. *De diuite epulone, & Lazaro paupere. Luc, 16.* * 99.*

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
		Homo quidam erat diues, et induebatur purpura et bysso: et epulabatur quotidie splendidè. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus: cupiens saturari de micis, quę cadebant de mensa diuitis, sed et canes veniebant, et lingebāt vlcera eius. Factum est autem vt moreretur mendicus, et portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem et diues: et sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cùm esset in tormentis, vidit Abrahā à lōgè, & Lazarum in sinu eius: et ipse clamans dixit, Pater Abrahā, miserere meî, et mitte Lazarū, vt intingat extremum digiti sui in aquā, vt refrigeret linguam meā, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abrahā, Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. et in his omnib*, inter nos et vos chaos magnū firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neq; inde huc transmeare. Et ait, Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domū patris mei. habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne et ipsi veniant in hūc locum tormentorum. Et ait illi Abrahā, Habent Moysen et prophetas: audiant illos. At ille dixit, Non, pater Abrahā: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi, Si Moysen et prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. * 101.	

CAP. 101. Cauendum docet à scandalo paruulorum, & fratrem in nos peccantem arguendum esse, sed resipiscenti tamen ei ignoscendum. Vim item & efficaciam fidei demonstrat. Luc 17. 100.*

S. Matthaeus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		ET ait ad discipulos suos, Impossibile est vt non veniant scandala: væ autẽ illi per quem veniunt. Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collũ eius et proiiciatur in mare, quàm vt scãdalizet vnum de pusillis istis. Attendite vobis, Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: et si pœnitentiã egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, et septies in die cõuersus fuerit ad te, dicẽs Pœnitet me: dimitte illi. Et dixerũt Apostoli Domino, Adauge nobis fidem. Dixit autem Dominus, Si haberetis fidem sicut granum sinapis, diceretis huic arbori moro, Eradicare et trãsplãtare in mare: et obediret vobis. Quis autem vestrûm habens seruum arantem aut pascentem, qui regresso de agro dicat illi, Statim transi, recũbe: et nõ dicit ei, Para quod cœnem, et pręcinge te & ministra mihi donec mãducem et bibam, et post hęc tu mãducabis et bibes? Nũquid gratiam habet seruo illi, quià fecit quę ei imperauerat? Non puto. Sic et vos cùm feceritis omnia quę præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.* 77.	
		* 77. Interrogatus autem à Pharisęis quando venit regnum Dei: respondit eis, et dixit, Non venit regnum Dei cũ obseruatione: neque dicent, Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est.* 126.	

Cap.

CAP. 102. *Ad comprimendam eorum fiduciam & arrogantiam, qui sibi multũ tribuentes alios spernebant, parabola proponitur de Pharisæo & Publicano precantibus. Luc 18.* 127.*

S. Matthæus.

S. Marcus.

S. Lucas.

DIxit autem et ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, et aspernabantur cæteros, parabolam istã: Duo homines ascendebant in templum vt orarent: vnus Pharisæus, & alter Publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia nõ sum sicut cæteri hominum raptores, iniusti, adulteri : velut etiam hic Publicanus. Ieiuno bis in sabbatho: decimas do omniũ quæ possideo. Et Publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.* 103.

S. Iohannes.

CAP. 103. *Docet paruulos à se non esse prohibendos, quibus manum imponit, & adolescenti diuiti vitæ sempiternæ consequendæ cupido non solùm mandata Dei seruanda, sed consilia etiam legis Euangelicæ proponit exequenda. Petro demũ quærenti ostendit, quodnam illos præmium maneat, qui relictis omnibus eum sequuntur. Mat. 19.* 90. Mar. 10.* 99. Luc. 18.* 102.*

S. Matthæus.

TVnc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret & oraret. Discipuli autem increpabãt eos. Iesus verò ait eis, Sinite paruulos, & nolite eos ꝓhibere ad me venire : taliũ est enim regnũ cęlorũ. Et cùm imposuisset

S. Marcus.

ET offerebant illi paruulos, vt tangeret illos. Discipuli aũt comminabantur offerentibus. Quos cùm videret Iesus, indignè tulit, & ait illis, Sinite paruulos venire ad me: & ne ꝓhibueritis eos. taliũ enim est regnũ Dei.

S. Lucas.

Afferebãt aũt ad illũ & infantes vt eos tãgeret. quod cùm viderẽt discipuli, increpabant illos. Iesus aũt cõuocãs illos dixit, Sinite pueros venire ad me, et nolite vetare eos, taliũ est enim regnum Dei.

S. Iohannes.

CAP. 101. Cauendum docet à scandalo paruulorum, & fratrem in nos peccantem arguendum esse, sed resipiscenti tamen ei ignoscendum. Vim item & efficaciam fidei demonstrat. Luc 17. *100.*

S. Matthæus | S. Marcus. | S. Lucas. | S. Iohannes.

S. Lucas.

ET ait ad discipulos suos, Impossibile est vt non veniant scandala: væ autẽ illi per quem veniunt. Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collũ eius et proiiciatur in mare, quàm vt scãdalizet vnum de pusillis istis. Attendite vobis, Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: et si pœnitentiã egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, et septies in die cõuersus fuerit ad te, dicẽs Pœnitet me: dimitte illi. Et dixerũt Apostoli Domino, Adauge nobis fidem. Dixit autem Dominus, Si haberetis fidem sicut granum sinapis, diceretis huic arbori moro, Eradicare et trãsplãtare in mare: et obediret vobis. Quis autem vestrûm habens seruum arantem aut pascentem, qui regresso de agro dicat illi, Statim transi, recũbe: et nõ dicit ei, Para quod cœnem, et pręcinge te & ministra mihi donec mãducem et bibam, et post hęc tu mãducabis et bibes? Nũquid gratiam habet seruo illi, quià fecit quę ei imperauerat? Non puto. Sic et vos cùm feceritis omnia quę præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.* 77.

* 77. Interrogatus autem à Pharisęis quando venit regnum Dei: respondit eis, et dixit, Non venit regnum Dei cũ obseruatione: neque dicent, Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est.* 126.

Cap.

CAP.102. *Ad comprimendam eorum fiduciam & arrogantiam, qui sibi multū tribuentes alios spernebant, parabola proponitur de Pharisæo & Publicano precantibus. Luc 18.* 127.*

S. Matthaus | *S. Marcus.* | *S. Iohannes.*

S. Lucas.

DIxit autem et ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, et aspernabantur cæteros, parabolam istā: Duo homines ascendebant in templum vt orarent: vnus Pharisæus, & alter Publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia nō sum sicut cæteri hominum raptores, iniusti, adulteri : velut etiam hic Publicanus. Ieiuno bis in sabbatho: decimas do omniū quæ possideo. Et Publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.* 103.

CAP.103. *Docet paruulos à se non esse prohibendos, quibus manum imponit, & adolescenti diuiti vitæ sempiternæ consequendæ cupido non solùm mandata Dei seruanda, sed consilia etiam legis Euangelicæ proponit exequenda. Petro demū quærenti ostendit, quodnam illos præmium maneat, qui relictis omnibus eum sequuntur. Mat. 19 * 90. Mar. 10. * 99. Luc. 18. * 102.*

S. Matthaus

TVnc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret & oraret. Discipuli autem increpabāt eos. Iesus verò ait eis, Sinite paruulos, & nolite eos ꝓhibere ad me venire : taliū est enim regnū cęlorū. Et cùm imposuisse:

S. Marcus.

ET offerebant illi paruulos, vt tangeret illos. Discipuli aūt comminabantur offerentibus. Quos cùm videret Iesus, indignè tulit, & ait illis, Sinite paruulos venire ad me: & ne ꝓhibueritis eos. taliū enim est regnū Dei.

S. Lucas.

Afferebāt aūt ad illū & infantes vt eos tāgeret. quod cùm viderēt discipuli, increpabant illos. Iesus aūt cōuocās illos dixit, Sinite pueros venire ad me, et nolite vetare eos, taliū est enim regnum Dei.

S. Iohannes.

S. Matthæus.

eis manus, abiit inde. Et ecce vnus accedens ait illi, Magister bone, quid boni faciam, vt habeã vitã æternã? Qui dixit ei, Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus, Deus. Si autẽ vis ad vitam ingredi, serua mandata. Dicit illi, Quæ? Iesus autẽ dixit, Non homicidiũ facies, Non adulterabis, Nõ facies furtum, Non falsum testimoniũ dices, Honora patrem tuum & matrem tuam, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Dicit illi adolescẽs, Omnia hæc custodiui à iuuẽtute mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus, Si vis perfectus esse, vade, vende quę habes, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cę lo: & veni, sequere me. Cũ audisset aũt adolescẽs verbum, abiit tristis: erat enĩ habẽs multas possessiones. Iesus aũt dixit discipulis suis, Amen dico vobis,

S. Marcus.

Amen dico vobis: quisquis nõ receperit regnũ Dei velut paruulꝰ, nõ intrabit in illud. Et cõplexãs eos, & imponẽs manus sup illos, benedicebat eos. Et cùm egressus esset in via procurrens quidam genu flexo ante eũ, rogabat eũ, Magister bone, quid faciã vt vitam æternã percipiã? Iesus autem dixit ei, Quid me dicis bonũ? Nemo bonus, nisi vnus, Deus. Præcepta nosti, Ne adulteres, Ne occidas, Ne fureris, Ne falsum testimonium dixeris, Ne fraudẽ feceris, Honora patrẽ tuum & matrẽ. At ille respõdẽs, ait illi, Magister, hæc omnia obseruaui à iuuẽtute mea. Iesus aũt intuitus eũ, dilexit eũ, & dixit ei, Vnũ tibi deest: vade, quæcunq; habes vẽde, & da pauperibꝰ, & habebis thesaurũ in cęlo: & veni, sequere me. Qui contristatus in verbo, abiit mœrens. erat

S. Lucas.

Dei. Amẽ dico vobis, quicunq; nõ acceperit regnũ Dei sicut puer, nõ intrabit in illud. Et interrogauit eũ quidã princeps, dicẽs, Magister bone, quid faciẽs vitã ęternã possidebo? Dixit aũt ei Iesus, Quid me dicis bonũ? nemo bonꝰ nisi solus Deus. Mãdata nosti: Non occides, Non mœchaberis, Nõ furtũ facies, Nõ falsum testimonium dices, Honora patrẽ tuũ & matrem. Qui ait, Hæc omnia custodiui à iuuentute mea. Quo audito, Iesus ait ei, Adhuc vnũ tibi deest: oĩa quæcũq; habes vẽde, & da pauperibꝰ, & habebis thesaurũ in cælo: & veni, sequere me. His ille auditis, cõtristatus est: qa diues erat valde. vidẽs aũt Iesus illũ tristẽ factũ, dixit, Qũã difficilè, qui pecunias habẽt, in regnũ dei intrabũt? Facilius est enim camelum per foramẽ acus trãsire, quàm diuitẽ intrare

S. Iohannes.

S. Matthæus.

quia diues difficilè intrabit in regnum cęlorum. Et iterum dico vobi-, facilius eſt camẽlum p r foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cęlorum. Auditis autem his, diſcipuli mirabantur valde, dicẽtes, Quis ergo poterit ſaluus eſſe? Aſpiciens autem Ieſus, dixit illis, Apud homines hoc impoſsibile eſt: apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt. Tunc reſpondens Petrus dixit ei, Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis, Amen dico vobis quòd vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomẽ meum: centuplum accipiet, & vitam æternã poſſidebit. Multi autem erunt primi, nouiſsimi: & nouiſsimi, primi. *104.

S. Marcus.

enim habẽs multas poſſeſsiones. Et circũſpiciẽs eſus, ait diſcipulis ſuis, Quàm difficilè qui pecunias habent, in regnum Dei introibũt? Diſcipuli aũt obſtupeſcebãt in verbis eius. At Ieſus rurſus reſpõdẽs ait illis, Filioli, quàm difficile eſt cõfidẽtes in pecuniis, in regnũ Dei introire? Facilius eſt camelũ per foramẽ acus trãſire, quàm diuitẽ intrare in regnũ Dei. Qui magis admirabantur, dicentes ad ſemetipſos, Et quis poteſt ſaluus fieri? Et intuẽs illos Ieſus, ait, Apud homines impoſsibile eſt ſed nõ apud Deũ, oĩa enim poſsibilia ſunt apud Deũ. Et cœpit ei Petrus dicere, Ecce, nos dimiſimus oĩa, & ſecuti ſumus te. Reſpõdens Ieſus, ait, Amen dico vobis, nemo eſt qui reliquerit domũ, aut fratres aut ſorores, aut patrẽ, aut matrẽ, aut filios, aut agros, ꝓpter me & ꝓpter Euãgeliũ: qui nõ accipiet cẽties tãtum nunc in tẽpore hoc: domos, & fratres, & ſorores & matres, & filios, & agros cũ ꝑſecutionibus: & in ſeculo futuro, vitã ęternã. Multi aũt erunt primi, nouiſsimi: & nouiſsimi, primi. *107.

S. Lucas.

in regnum Dei. Et dixerunt qui audiebant, Et quis poteſt ſaluus fieri? Ait illis, Quæ impoſsibilia ſunt apud hoĩes, poſsibilia ſunt apud Deũ. Ait aũt Petrus, Ecce, nos dimiſimus oĩa, & ſecuti ſumus te. Qui dixit eis, Amẽ dico vobis, nemo eſt qui reliquit dom aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnũ Dei, & non recipiat multò plura in hoc tempore, & in ſeculo venturo vitam æternam. *107.

S. Iohannes.

CAP. 104. *Parabola operariorum ad vineam excolendam conductorum. Matth. 20. * 103.*

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
SImile eſt regnũ cælorũ homini patriſa miliâs, qui exiit primo mane cõduce re operarios in vineã ſuã. Cõuẽtione aũt facta cum operariis ex denario diurno, miſit eos in vineã ſuã. Et egreſſus circa horã tertiã, vidit alios ſtãtes in foro otioſos, & dixit illis, Ite & vos in vineã: & qđ iuſtũ fuerit, dabo vobis. Illi aũt abierũt. Iterũ aũt exiit circa ſextã & nonã horã: & fecit ſimiliter. Circa vndecimã verò exiit, & inuenit alios ſtãtes, & dicit illis, Quid hîc ſtatis tota die otioſi? Dicũt ei, Quia nemo nos cõduxit. Dicit illis, Ite & vos in vineã. Cũ ſerò aũt factũ eſſet, dicit dominus vineæ procuratori ſuo, Voca operarios, & redde illis mercedẽ, incipiens à nouiſsimis vſq; ad primos. Cùm veniſſent ergo qui circa vndecimã horã venerãt, acceperũt ſingulos denarios. Veniẽtes aũt et primi, arbitrati ſunt quòd plus eſſent accepturi: acceperũt aũt & ipſi ſingulos denarios. Et accipiẽtes murmurabãt aduerſus patremfamiliâs, dicẽtes, Hi nouiſsimi vna hora fecerũt: et pares illos nobis feciſti qui portauimus põdus diei & æſtus. At ille reſpõdens, vni eorum dixit, Amice, nõ facio tibi iniuriã: nõnne ex denario cõueniſti mecũ? Tolle quod tuũ eſt, & vade: volo autem & huic nouiſsimo dare ſicut et tibi. Aut non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequã eſt quia ego bonus ſum? Sic erũt nouiſsimi primi, & primi, nouiſsimi. Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi. * 107.			

Cap.

CAP.105. *Lazarus à mortuis suscitatur. Iohan.11.* 96.*

S. Matthæus	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes*
			ERat autem quidá languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ & Marthæ sororis eius. (Maria auté erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur.) Miserũt ergo sorores eius ad eum dicẽtes, Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autem Iesus, dixit eis, Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei: vt glorificetur filius Dei per eam. Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariá, & Lazarũ. Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidé máfit in eodé loco duobus diebus, deinde post hæc dicit discipulis suis, Eam⁹ in Iudęá iterũ. Dicũt ei discipuli, Rabbi, nũc quęrebãt te Iudęi lapidare: & iterũ vadis illuc? Respódit Iesus, Nonne duodecim sunt horę diei? Si quis ambulauerit in die, nó offendit: quia lucẽ huius mũdi videt. si aũt ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non est in eo. Hęc ait: & post hæc dicit eis, Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt à somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius, Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius: illi auté putauerũt, quia de dormitione somni diceret. Túc ergo Iesus dixit eis manifestẽ, Lazarus mortuus est: & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniá non erá ibi. sed eamus ad eũ. Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad cõdiscipulos. Eamus & nos, vt moriamur cum eo. Venit itaque Iesus: & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habenté. Erat autẽ Bethania

S. Matthaus	S. Marcus.	S. Lucas.	S Iohannes.
			iuxta Ierosolymã quasi stadiis quindecim.) Multi auté ex Iudæis venerant ad Marthã & Mariam, vt consolaréturеas de fratre suo . Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi: Maria aũt domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum, Dñe si fuisses hîc, frater meus non fuisset mortuus. sed & nunc scio, quia quęcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus, Resurget frater tu'. Dicit ei Martha, Scio quia resurget in resurrectiõe, in nouissimo die. Dixit ei Iesus, Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me: etiãsi mortuus fuerit, viuet & omnis qui viuit, & credit in me: nõ morietur in æternũ. Credis hoc? Ait illi, Vtique Dñe, ego credidi quia tu es Christus filius Dei qui in hũc mũdũ venisti. Et cùm hęc dixisset, abiit, & vocauit Mariã sororẽ suã silẽtio, dicẽs, Magister adest, & vocat te. Illa vt audiuit, surgit citò, & venit ad eum. nondum enim venerat Iesus in castellũ: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erãt cũ ea in domo, & cõsolabãtur eã, cùm vidissent Mariam quia citò surrexit & exiit, secuti sunt eam dicẽtes, Quia vadit ad monumentũ, vt ploret ibi. Maria ergo cùm venisset vbi erat Iesus, vidẽs eũ, cecidit ad pedes eius, & dicit ei, Dñe si fuisses hîc, nõ esset mortuus frater meus. Iesus ergo vt vidit eã plorantẽ, & Iudęos qui venerant cũ ea, plorãtes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit, Vbi posuistis eũ? Dicũt ei, Domine, veni & vide. Et lachrymat' est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi, Ecce, quomodo amabat eũ. Quidã aũt ex ipsis dixerunt, Nõ poterat hic qui aperuit oculos cæci, facere vt hic nõ moreretur?

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			Ies⁹ ergo rursum fremẽs in semetipso, venit ad monumẽtũ. erat aũt spelũca & lapis suppositꝰ erat ei. Ait Iesus, Tollite lapidẽ. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat, Dñe, iã fœtet, quatriduanus est enim. Dicit ei Iesus, Nonne dixi tibi quoniã si credideris, videbis gloriã dei? Tulerũt ergo lapidẽ. Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit, Pater, gratias ago tibi quoniã audisti me. ego autẽ sciebam quia semper me audis, sed propter populũ qui circunstat, dixi, vt credant quia tu me misisti. Hæc cũ dixisset, voce magna clamauit, Lazare, veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. dixit eis Iesus, Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Iudęis qui venerant ad Mariã & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus.* 106.

CAP. 106. *Conspiratio Pontificum & Pharisæorum ad interficiendum Iesum. Iohan. 11.** 105.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
			COllegerunt ergo Pontifices & Pharisæi cõciliũ, & dicebãt, Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credẽt in eum: & venient Romani, & tollent nostrũ locũ & gentem. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cũm esset Pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquã, nec cogitatis, quia expedit nobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & nõ tota gens pereat. Hoc autem â semetipso nõ dixit:

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			dixit: sed cùm esset pontifex anni illius, prophetauit quòd Iesus moriturus erat pro gente: & non tantùm pro gente sed vt filios Dei, qui erant dispersi, cógregaret in vnũ. Ab illo ergo die cogitauerũt vt interficerent eum. Iesus ergò iam nõ in palã ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitaté quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cũ discipulis suis. Proximũ autem erat Pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Ierosolymam de regione ante Pascha, vt sanctificarent seipsos. Quærebãt ergò Iesum: & colloquebantur adinuicem, in templo stãtes. Quid putatis, quia non venit ad díem festum? Dederãtautem Pontifices & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.* 112.

CAP. 107. *Mortem suam discipulis prædicit Iesus, & occasione petitionis matris filiorum Zebedæi docet discipulos, quòd non ostensione dominij, sed officio ministerij debeant esse maiores. Matth. 20.* 104. Mar. 10.* 103. Luc. 18.* 103.*

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
ET ascẽdens Ies⁹ Ierosolymã, assũpsit duodecĩ discipulos secretò, & ait illis, Ecce ascẽdimus Ierosolymã & filius hoĩs tradetur prĩcipibus sa-	ERant autem in via ascendentes Ierosolymam: & præcedebat illos Iesus, & stupebant: & sequentes timebant. Et assumens iterũ duodecim, cœpit illis dicere quę essent ei euentura. Quia ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & Scribis, & Senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudẽt ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget. Et accedunt ad eum Iacobus & Iohannes	ASsumpsit autẽ Iesus duodecim, & ait illis, Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur om-	

S. Matthaeus.

cerdotum & Scribis, & condemnabunt eũ morte, & tradent eum Gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigẽdum, & tertia die resurget. Tunc accessit ad eũ mater filiorum Zebedæi cũ filiis suis, adorans & petẽs aliquid ab eo. Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexterã tuã, & vnus ad sinistrã in regno tuo. Respõdẽs aũt Ies⁹, dixit, Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibiturus sum? Dicũt ei, Possumus. Ait illis, Calicẽ q̃dẽ meũ bibetis: sedere aũt ad dexterã meã & sinistrã, nõ est meũ dare vobis: sed quibus paratũ est à patre meo. Et audiẽtes decem indignati sunt de duob. fratribus. Iesus aũt vocauit eos ad se: & ait, Scitis quia principes gẽtiũ dominãtur eorũ: & qui maiores sunt, potestatẽ exercẽt in eos. Nõ ita erit inter vos. sed quicũq; voluerit iter vos maior fieri, sit vester minister. et q̃uo luerit inter vos primus esse, erit vester seruus. sicut filius hoĩs nõ venit ministrari, sed ministrare, & dare aĩam suã redẽptionẽ ꝓ multis. * 111.

S. Marcus.

filij Zebedæi, dicentes, Magister, volumus vt qđ cunq; petierimus, facias nobis. At ille dixit eis, Quid vultis vt faciã vobis? Et dixerũt, Da nobis vt vn⁹ ad dexterã tuã & alius ad sinistrã tuã sedeam⁹ ĩ gloria tua. Iesus aũt ait eis, Nescitis quid petatis. potestis bibere calicẽ quẽ ego bibo: aut baptismo quo ego baptizor baptizari? At illi dixerũt ei, Possum⁹. Iesus aũt ait eis, Calicẽ quidẽ quẽ ego bibo bibetis, & baptisma quo ego baptizor baptizabimini: sedere autẽ ad dexterã meã, vel ad sinistrã, nõ est meũ dare vobis, sed quibus paratũ est. Et audiẽtes decẽ, cœperũt indignari de Iacobo & Ioãne. Iesus aũt vocãs eos ait illis, Scitis quia hi q̃ vidẽtur principari gẽtibus, dominãtur eis: & prĩcipes eorũ, potestatẽ habẽt ipsorũ. Non ita est aũt in vobis, sed quicũq; voluerit fieri maior, erit vester minister: & quicũq; voluerit in vobis primus esse, erit oĩm seru⁹. Nã & filius hoĩs nõ venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animam suam redemptionẽ pro multis. * 111.

S. Lucas.

omnia quę scripta sunt per prophetas de filio hominis. tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & post quã flagellauerint, occident eum & tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud abscõditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. * 108.

S. Iohannes.

CAP. 108. *Iesus appropinquans vrbi Hiericonti, tribuit videndi facultatem cæco mendicanti.* *Luc. 18.* * .107.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		FActum est aũt, cùm appinquaret Iericho, cæcus quidá sedebat secus viá, médicás. Et cùm audiret turbá prętereunté, interrogabat quid hoc esset. dixerũt aũt ei quòd Iesus Nazarenus trásiret. Et clamauit, dicés, Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui pręibát, increpabáteũ vt taceret. Ipse vero multò magis clamabat, Fili Dauid miserere mei. Stás aũt Iesus, iussit illũ adduci ad se. Et cùm appinquasset, interrogauit illũ, dicens, Quid tibi vis faciá? At ille dixit, Domine vt videá. Et Iesus dixit illi, Respice, fides tua te saluũ fecit. Et cõfestim vidit, & sequebatur illũ magnificás Deum. Et oís plebs vt vidit, dedit laudé deo.* 109	

CAP. 109. *Zachæus Publicanorum princeps Iesum hospitio excipit. Luc. 19.* * 108.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		ET ingressus perábulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachęus: & hic príceps erat publicanorum, & ipse diues. & quærebat videre Iesum quis esset: & nõ poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascédit in arborẽ sycomorũ vt videret eũ: quia inde erat trásiturus. Et cùm venisset ad locũ, suspiciẽs Iesus vidit illũ, & dixit ad eum Zachæe, festinás descẽde: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinás descẽdit, & excepit illũ gaudens. Et cùm viderẽt oẽs, murmurabát, dicentes quòd ad hominẽ peccatorẽ diuertisset. Stans aũt Zachęus, dixit ad Dñm, Ecce dimidiũ bonorũ meorũ, Dñe, do pauperibus: & si quid aliquẽ defraudaui, reddo	

S. Matthaeus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		do quadruplũ. Ait Iesus ad eũ, Quia hodie salus domui huic facta est: eò quòd & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. * 110.	

CAP. 110. *Parabola de minis decem traditis ab homine Nobili totidem seruis suis. Luc. 19. * 109.*

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		HÆC illis audientibus adiiciens, dixit parabolã, eò quòd esset ꝓpe Ierusalẽ, & quia existimarẽt, qđ cõfesti regnũ Dei manifestaretur. Dixit ergo, Homo quidã nobilis abiit in regionẽ lõginquã accipere sibi regnũ, & reuerti. Vocatis aũt decẽ seruis suis dedit eis decẽ mnas, & ait ad illos, Negotiamini dũ venio. Ciues aũt eius oderãt eũ: & miserũt legationẽ post illũ, dicẽtes, Nolumus hunc regnare sup nos. Et factũ est vt rediret accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniã: vt sciret quãtum quisq; negotiatus esset. Venit aũt primus, dicẽs, dñe, mna tua decẽ mnas acquisiuit. Et ait illi, Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habẽs sup decẽ ciuitates. Et alter venit, dicens, Dñe, mna tua fecit quinq; mnas. Et huic ait, Et tu esto sup quinq; ciuitates. Et alter venit, dicẽs, dñe, ecce mna tua quã habui repositã in sudario. timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Dicit ei, de ore tuo te iudico serue nequam. sciebas quòd ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metẽs quod non seminaui: & quare non dedisti pecuniam meã ad mensam, & ego veniens cum vsuris vtique exe-	

 gissem

S. Matthaus | S. Marcus. | S. Lucas. | S. Iohannes

S. Lucas.

giſſem illam? Et aſtantibus dixit, Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerūt ei, Domine, habet decē mnas. Dico aūt vobis, quia omni habenti dabitur: ab eo aūt qui nō habet, & quod habet auferetur ab eo. Verūtamē inimicos meos illos, qui noluerūt me regnare ſuper ſe, adducite huc: & interficite ante me. Et his dictis, pręcedebat aſcēdens Ieroſolymam.* 113.

C A P. III. *Duo cæci ſanantur à Ieſu egrediente ab Hiericho.*
Mat. 20.* 107. *Mar* 10.* 107.

S. Matthæus.

ET egredientibus illis ab Iericho, ſecuta eſt eum turba multa: & ecce duo cæci ſedentes ſecus viam, audierūt quia Ieſus tranſiret: & clamauerunt dicentes, Domine, miſerere noſtrì, fili Dauid. Turba autem increpabat eos vt tacerēt. At illi magis clamabant dicentes, Domine, miſerere noſtrî, fili Dauid. Et ſtetit Ieſus, & vocauit eos, & ait, Quid vultis vt faciam vobis? Dicunt illi, Domine, vt aperiantur oculi noſtri. Miſertus autem eorum Ieſus, tetigit oculos eorum. Et confeſtim viderunt, & ſecuti ſunt eum.* 113.

S. Marcus.

ET veniūt Iericho: & ꝓficiſcēte eo de Iericho, & diſcipulis eius, & plurima multitudine, filius Timęi Bartimę' cęcus, ſedebat iuxta viā mēdicās. Qui cū audiſſet qa Ieſus Nazarenus eſt: cœpit clamare, & dicere, Ieſu fili Dauid, miſerere meî. Et cōminabantur ei multi, vt taceret. At ille multò magis clamabat, Fili Dauid miſerere meî. Et ſtās Ieſus ꝑcepit illū vocari Et vocāt cęcū dicētes ei, Animæquior eſto, ſurge, vocat te. Qui ꝓiecto veſtimēto ſuo exiliēs, venit ad eū. Et reſpōdēs Ieſus dixit illi, Quid tibi vis faciā? Cęcus aūt dixit ei, Rabboni vt videā. Ieſus aūt ait illi, Vade, fides tua te ſaluū fecit Et cōfeſtim vidit, & ſequebatur eū in via.* 113.

S. Lucas.

S. Iohannes.

CAP. 112. *Cœna Iesu data Bethaniæ in domo Simonis Leprosi, vbi Maria effudit vnguentum odoriferum in caput Christi. Matth.26.* 132. Mar.14.* 132. Iohan.12.* 106.*

S. Matthæus.

CVM autē Iesus esset in Bethania in domo Simonis Leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrũ vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recũbentis. Videntes autem discipuli, indignati sunt dicētes, Vt quid perditio hęc? potuit enim istud vęnũdari multo, & dari pauperibus. Sciens aũt Iesus, ait illis, Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habetis. Mittens enim hęc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliẽdũ me, fecit. Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit,

S. Marcus.

ET cùm esset Bethaniæ in domo Simonis Leprosi, & recũberet, venit mulier habēs alabastrũ vnguenti nardi spicati pretiosi: & fracto alabastro, effudit super caput eius. Erant autem quidã indignè ferētes intra semetipsos, & dicētes, Vt quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentũ istud vænundari plusquã trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant in eã. Iesus autem dixit, Sinite eam, quid illi molesti estis? Bonũ opus operata est in me. semper enim pauperes habetis vobiscũ: & cùm volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habetis. Quod habuit hęc, fecit: præuenit vngere corpus meum in sepulturã. Amē dico vobis, vbicunque prę-

S. Lucas.

S. Iohannes.

IEsus ergo ante sex dies Paschæ vènit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quē suscitauit Iesus. Fecerunt aũt ei cœnã ibi: & Martha ministrabat, Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergò accepit libram vnguenti nardi pisti ci, pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguẽti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus, Quare hoc vnguentum nō vęnit trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habēs ea quę mittebantur portabat. Dixit ergo Iesus, Sine illam vt in diem sepulturę

S. Matthæus.

fecit, in memoriam eius.* 132.

S. Marcus.

dicatū fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius. * 132.

S. Lucas.

S. Iohannes.

meæ seruet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscū: me autem non semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic est: & venerunt, non propter Iesum tantùm, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit à mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.* 113.

CAP. 113. *Iesus sedens in pullo Asinæ honorificè recipitur in ciuitatem Hierosolymitanam. Mat. 21.* 111 Mar. 11.* 111. Luc. 19.* 110. Iohan. 12.* 112.*

S. Matthæus.

ET cū appropinquassent Ierosolymis, & venissent Beth-phage ad Montē Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis, Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi: & si quis vobis aliquid dixe-

S. Marcus.

ET cū appropinquarēt Ierosolymæ & Bethaniæ ad mōtē oliuarū, mittit duos ex discipulis suis & ait illis, Ite ī castellū qđ cōtra vos est, & stati introeūtes illuc, inuenietis pullū ligatū, super quē nemo adhuc hoīm sedit: soluite illū, & adducite. Et si quis vobis dixerit, Quid facitis? dicite qa Dño necessarius est: & cōtinuò illū dimittet huc. Et abeūtes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: & soluunt eum. Et quidā de illic stantibus dicebant illis, Quid facitis soluētes pullū? Qui dixerunt eis si-

S. Lucas.

ET factū est, cùm appropinquasset ad Beth-phage & Bethaniā ad mōtem qui vocatur oliueti, misit duos discipulos suos, dicēs, Ite in castellum qđ contrà est; in qđ introeuntes, inuenietis pullū asinæ alligatum, cui nemo vnquā hominum sedit: soluite illum, & adducite. Et si quis vos interrogauerit, quare soluitis? sic dicetis ei, Quia Dominus operā ei' desiderat. Abierunt autē qui missi erāt: & inuenerunt sicut dixit illis, stātem pullum. Soluētibus autē illis pullum, dixerunt domini eius ad illos, Quid soluitis

S. Iohannes.

IN crastinum autē turba multa quæ venerat ad diem festum, cùm audissent quia venit Iesus Ierosolymam: acceperunt ramos palmarum, & processerūt obuiam ei, & clamabant, Hosan-na, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel. Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est, Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ. Hæc nō cognouerunt discipuli eius primùm: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia hæc

S. Matthæus.

erit, dicite, quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est vt adimpleretur quod dictum est per prophetam, dicentem, Dicite filię Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & sedens super asinam & pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestiméta sua in via; alij autem cædebát ramos de arboribus, & sternebant in via, turbæ autem quæ præcedebant & quæ sequebátur clamabant, dicentes, Hosan-na filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini: hosanna in altissimis. Et cùm intrasset Ierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens, Quis est hic? Populi autem dicebant, Hic est Iesus propheta, à Nazareth Galilęę. * 115.

Cap.

S. Marcus.

cut præceperat illis Iesus: & dimiserúteis. Et duxerút pullum ad Iesum: & imponunt illi vestiméta sua, & sedit sup eú. Multi auté vestimenta sua straueruntin via: alij autfróde scędebát de arborib. & sternebát in via. Et qui pręibát & q sequebantur clamabát, dicétes, Hosan-na, benedict⁹ qui venit ĩ noĩe Domini. benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid, Hosanna in excelsis. * 115.

S. Lucas.

pullum? At illi dixerunt, Quia Dominus eú necessariú habet. Et duxerút illú ad Iesum. Et iactátes vestiméta sua supra pullú, imposuerunt Iesum. Eúte aút illo substernebát vestiméta sua ĩ via. Et cùm ap ppíquaret iá ad descésum mótis Oliueti, cœperút oés turbæ descédétiú gaudétes laudare Deú voce magna, sup omnibus quas viderát virtutib⁹, dicétes, Benedictus qui venit rex in nomine Dñi, pax in cęlo: & gloria ĩ excelsis. Et qdá Phariſęorú de turbis, dixerút ad illú, Magister increpa discipulos tuos. Quib⁹ ipse ait, Dico vobis, quia si hi tacuerit, lapides clamabút. Et vt appinquauit, vidés ciuitaté, fleuit sup illá, dicens, Quia si cognouisses & tu, & quidé in hac die tua, q̃ ad pacé tibi. núc aút abscódita sút ab oculis tuis. Quia veniét dies ĩ te: & circúdabút te inimici tui vallo, & circúdabunt te, & coágustabút te vndiq; & ad terrá psternét te, & filios tuos q̃ in te sunt, & nó relinquét in te lapidé sup lapidé: eò quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. * 115.

S. Iohannes.

hæc erant scripta de eo, & hęc fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cú eo quando Lazarú vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba: quia audierút eum fecisse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos, Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit. * 114.

CAP.114. *Gentiles cupiunt videre Christum. Iohan.12.* 113.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			ERant autem quidam Gentiles ex his qui aſcenderãt vt adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerũt ad Philippũ qui erat à Bethſaida Galilææ, & rogabant eũ, dicẽtes, Domine, volumus Ieſum videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rurſum & Philippus dixerunt Ieſu, Ieſus aũt reſpõdit eis, dicẽs, Venit hora, vt clarificetur filius hominis. Amẽ amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terram, mortuũ fuerit: ipſum ſolũ manet. ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eũ Pater meus. Nunc anima mea turbata eſt. Et quid dicam? Pater, ſaluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hãc. Pater, clarifica nomẽ tuum. Venit ergo vox de cælo, Et clarificaui, & iterũ clarificabo. Turba ergò, quæ ſtabat & audierat, dicebat tonitruum eſſe factum. Alij dicebant, Angelus ei locutus eſt. Reſpondit Ieſus, & dixit, Non propter me hæc vox venit, ſed propter vos. Nunc iudicium eſt mundi: nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipſum. (hoc autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus.) Reſpõdit ei turba, Nos audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis? Quis eſt iſte

S. Matheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			filius hominis? Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicùm, lumen in vobis est. Ambulate dum lucẽ habetis, vt nõ vos tenebræ comprehendant, & qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. Dum lucem habetis, credite in lucẽ, vt filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus: & abiit, & abscõdit se ab eis. Cùm autem tanta signa fecisset corã eis, nõ credebant in eũ: vt sermo Isaiæ Prophetę impleretur, quem dixit, Dñe, quis credidit auditui nostro & brachiũ Dñi cui reuelatũ est? Propterea nõ poterãt credere, quia iterũ dixit Isaias, Excæcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorũ. vt nõ videãt oculis, & nõ intelligant corde, & cõuertãtur, & sanẽ eos. Hæc dixit Isaias, quãdo vidit gloriã eius, & locutus est de eo. Verũtamen & ex principibus multi crediderũt in eũ: sed ꝓpter Phariseos nõ confitebãtur, vt è synagoga non eiicerentur. Dilexerũt enim gloriã hoĩm magis, quàm gloriam Dei. Iesus autem clamauit, & dixit, Qui credit in me, nõ credit in me, sed in eũ qui misit me. Et qui videt me, videt eum qui misit me. Ego lux in mũdũ veni: vt oĩs qui credit in me, in tenebris nõ maneat. Et si quis audierit verba mea, & nõ custodierit: ego nõ iudico eũ. non enim veni vt iudicẽ mũdũ, sed vt saluificẽ mũdũ. Qui spernit me, & nõ accipit verba mea: habet qui iudicet eũ. sermo quẽ locutus sum, ille iudicabit eũ in nouissimo die: Quia ego ex meipso nõ sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. Et scio quia mãdatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor: sicut dixit mihi Pater, sic loquor.* 154.

CAP. 115. *Ficus execrata continuò exarescit: & eijciuntur negotiantes in templo.* Matth. 21.* 113. Mar. 11.* 113. Luc. 19.* 114.

S. Matthæus.

ET intrauit Iesus in tẽplũ Dei, & eiiciebat oẽs vẽdẽtes & emẽtes in tẽplo, & mẽsas numulariorũ, & cathedras vẽdẽtiũ colũbas euertit: & dicit eis, Scriptũ est: domus mea, domus orationis vocabitur: vos aũt fecistis illã speluncã latronũ. Et accesserũt ad eũ cęci, & claudi in tẽplo: & sanauit eos. Vidẽtes aũt principes sacerdotũ & Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamãtes in tẽplo, & dicẽtes, Hosanna filio Dauid: indignati sũt & dixerũt ei, Audis quid isti dicũt? Iesus aũt dixit eis, Vtiq; nũquã legistis, Quia ex ore infantiũ & lactẽtium pfecisti laudẽ? Et relictis illis, abiit foras extra Ciuitatẽ in Bethaniã: ibiq; mãsit. Manẽ aũt reuertẽs in Ciuitatẽ, esurijt. Et vidẽs fici arborẽ vnã sec⁹ viã, venit ad eã: & nihil inuenit in ea nisi folia tãtùm, & ait illi, Nũquã ex te fructus nascatur in sempiternũ. Et arefacta est cõtinuò ficulnea. Et vidẽtes discipuli mirati sunt dicẽtes, Quomodò cõtinuò aruit? Re

S. Marcus.

ET introiuit Ierosolymam in templum: & circunspectis omnibus, cùm iam vespera esset hora, exiit in Bethaniam cum duodecim. Et alia die cùm exirent à Bethania, esuriit. Cumque vidisset à longè ficum habentem folia, venit si quid fortè inueniret in ea. Et cùm venisset ad eã nihil inuenit præter folia. non enim erat tempus ficorum. Et respondens dixit ei, Iam nõ amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet. Et audiebant discipuli eius. Et veniunt Ierosolymã. Et cùm introisset in templum, cœpit eiicere vendentes & ementes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentiũ columbas euertit. & nõ sinebat vt quisquã trãsferret vas per templum: & docebat, dicens eis, Nónne scriptũ est, Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autẽ fecistis eam speluncam latronum. Quo audito, principes sacerdotum &

S. Lucas.

ET ingressus in templum, cœpit eiicere vendentes in illo & ementes, dicens illis, Scriptum est, Quia domus mea, domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docẽs quotidie in templo. Principes autem sacerdotũ & Scribę & Principes plebis quęrebant illũ perdere: & non inueniebant quid facerent illi. Om

S. Iohannes.

S. Matthæus

spondens autem Iesus, ait eis, Amen dico vobis, si habueritis fidem, & nõ hæsitaueritis, non solũ de ficulnea facietis sed & si mõti huic dixeritis, Tolle & iacta te in mare: fiet. Et omnia quæcũque petieritis in oratione credẽtes, accipietis. * 116.

S. Marcus.

Scribæ querebant quomodo eum perderent timebant enim eum: quoniam vniuersa turba admirabatur super doctrina eius. Et cùm vespera facta esset, egrediebatur de ciuitate. Et cùm manè transirent, viderunt ficum aridam factã à radicibus. Et recordatus Petrus, dixit ei, Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit. Et respondens Iesus ait illis, Habete fidem Dei. amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti, Tollere & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcunque dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Et cùm stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquẽ: vt & pater vester qui in cælis est, dimittat vobis peccata vestra. Quòd si vos non dimiseritis: nec pater vester qui in cælis est, dimittet vobis peccata vestra. * 116.

S. Lucas.

Omnis enim populus suspensus erat audiẽs illum. * 116.

S. Iohannes.

CAP. 116. *Principibus sacerdotum & Scribis interrogantibus, qua potestate doceret populum, Christus proponit quæstionem de Baptismo Iohannis, & parabolam de duobus filijs patri dissimiliter obtemperantibus, altero quidem, verbo, & non re, contrà autem altero, re & non verbo.* Mat. 21. * 115. *Mar.* 11. * 115. *Luc.* 20 * 115.

S. Matthæus

ET cũ venisset ĩ tẽplũ, accesserũt ad eũ docẽtẽ prĩcipes sacerdotũ & seniores populi, dicẽtes, In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem? Respondens Iesus dixit eis, Interrogabo vos & ego

S. Marcus.

ET veniunt rursus Ierosolymá. Et cùm ambularet in Templo, ac-

S. Lucas.

ET factũ est: ĩ vna dierũ docẽte illo populũ in tẽplo & euãgelizante, cõuenerũt prĩcipes sacerdotũ & Scribę cũ senioribus, & aiũt dicẽtes ad illũ, Dic nobis, ĩ qua potestate hęc facis? aut, Quis est q̃ dedit tibi hãc potestatẽ?

S. Iohannes.

S. Matthæus.

vnũ ſermoné.qué ſi dixeritis mihi,&ego vobis dicã ĩ qua poteſtate hęc facio.Baptiſm⁹ Iohãnis vnde erat:è cęlo,an ex hominib⁹? At illi cogitabãt inter ſe,dicẽtes,Si dixerimus è cęlo, dicet nobis, Quare ergo nõ credidiſtis illi? Si aũt dixerimus ex hoĩbus:timem⁹turbã. oẽs enĩ habẽt Iohãné ſicut ꝓphetã. Et reſpõdẽtes Ieſu,dixerũt, Neſcimus Ait illis & ipſe,Nec ego dico vobis ĩ qua poteſtate hęc facio.Quid aũt vobis videtur?Homo quidã habebat duos filios: & accedens ad primũ,dixit,Fili,vade,hodie operare in vinea mea.Ille aũt reſpõdẽs,ait,Nolo. Poſtea aũt pœnitẽtia mot⁹, abiit. Accedẽs aũt ad alterũ,dixit ſimiliter.At ille reſpondẽs, ait,Eo domine. Et nõ iuit:quis ex duob⁹ fecit volũtatẽ patris? Dicunt ei, Primus. Dicit illis Ieſus, Amẽ dico vobis, quia publicani & meretrices pręcedunt vos in regnũ Dei. Venit enĩ ad vos Iohãnes in via iuſtitię:& nõ credidiſtis ei. publicani aũt & meretrices crediderũt ei: vos aũt vidẽtes nec pœnitentiam habuiſtis poſtea, vt crederetis ei.* 117.

S. Marcus.

accedunt ad eum ſummi ſacerdotes, & Scribæ, & ſeniores, & dicunt ei, In qua poteſtate hęc facis? & quis dedit tibi hanc poteſtatem vt iſta facias? Ieſus autem reſpondens ait illis, interrogabo vos & ego vnum verbum, & reſpondete mihi : & dicam vobis in qua poteſtate hæc faciam. Baptiſmus Iohannis, de cælo erat, an ex hominibus? Reſpõdete mihi. At illi cogitabant ſecum, dicentes, Si dixerimus de cælo, dicet, Quare ergo nõ credidiſtis ei? Si dixerimus ex hominibus, timebant populum. omnes enim habebant Iohannem quia verè propheta eſſet. Et reſpondentes dicunt Ieſu, Neſcimus. Et reſpondens Ieſus ait illis, Neque ego dico vobis in qua poteſtate hæc faciam.* 117.

S. Lucas.

Reſpõdens aũt Ieſus dixit ad illos, interrogabo vos & ego vnũ verbũ, Reſpõdete mihi, Baptiſmus Iohannis de cęlo erat, an ex hominib⁹? At illi cogitabãt intra ſe, dicẽtes, Quia ſi dixerimus de cælo, dicet, Quare ergo nõ credidiſtis illi? Si autem dixerimus ex hominibus plebs vniuerſa lapidabit nos: certi ſunt enim Iohãnem ꝓphetã eſſe. Et reſpõderũt ſe neſcire vnde eſſet. Et Ieſus ait illis, Neque ego dico vobis ĩ qua poteſtate hæc facio.* 117.

S. Iohannes.

CAP. 117. *Parabola de vinitoribus homicidis.*
Matth. 21 * 116, *Mar.* 12, * 116, *Luc.* 20. * 116.

S. Matthæus

ALiá parabolá audite: Homo erat paterfamiliâs, q̃ plãtauit vineá, & sepem circũdedit ei, & fodit in ea torcular, & ędificauit turrim, & locauit eá agricolis: & peregrè profectus est. Cùm aũt tẽpus fructuũ appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperẽt fructus eius. Et agricolę apprehensis seruis eius, aliũ ceciderũt, aliũ occiderũt, aliũ verò lapidauerunt. Iterũ misit alios seruos plures priorib': & fecerũt illis similiter. Nouissimè aũt misit ad eos filium suũ, dicẽs, Verebũtur filiũ meũ. Agricolę autẽ vidẽtes filium, dixerunt intra se, Hic est hęres, venite, occidamus eũ, & habebimus hęreditatem eius. Et apprehẽsum eũ eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cùm ergo

S. Marcus.

ET cœpit illis in parabolis loqui, Vineam pastinauit homo, & circundedit sepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregrè profectus est. Et misit ad agricolas in tempore seruum, vt ab agricolis acciperet de fructu vineę. Qui apprehensum eum ceciderunt: & dimiserunt vacuum. Et iterum misit ad illos alium seruum: & illum in capite vulnerauerunt, & contumelijs affecerunt. Et rursum aliũ misit, & illum occiderunt: & plures alios: quosdam cædentes, alios verò occidentes. Adhuc ergo vnum habens filium charissimum: & illum misit ad eos nouissimum, dicẽs, Quia reuerebuntur filium meum. Coloni autem dixerunt ad

S. Lucas.

COEpit aũt dicere ad plebẽ parabolam hanc, Homo plantauit vineam, & locauit eam colonis: & ipse peregrè fuit multis temporibus. Et in tempore misit ad cultores seruum, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eũ inanem. Et addidit alterũ seruum mittere. Illi autem hunc quoq; cædentes & afficiẽtes contumelia, dimiserunt inanem. Et addidit tertium mittere: qui & illũ vulnerantes eiecerunt. Dixit autem Dominus vineæ, Quid faciam? mittam filium meum dilectum: forsitan cùm hunc viderint, verebuntur. Quem cùm vidissent coloni, cogitauerunt intra se, dicentes, Hic est hæres, occidamus illum, vt nostra fiat hæreditas. Et eie-

S. Iohannes.

S. Matthæus.

ergo venerit dominus vineæ, q͞d faciet agricolis illis? Aiunt illi, Malos malè perdet: & vineam suá locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus, Nunquam legistis in scripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædificátes, hic est factus in caput anguli? A Domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris? Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti faciéti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: superqué verò ceciderit, conteret eum. Et cùm audissent principes sacerdotum & Pharisæi parabolas eius: cognouerunt quòd de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant. *118.

S. Marcus.

ad inuicem, Hic est hæres: venite, occidamus eum: & nostra erit hæreditas. Et apprehendentes eum, occiderunt: & eiecerunt extra vineam. Quid ergo faciet Dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos: & dabit vineam alijs. Nec scripturam hác legistis, Lapidem quem reprobauerũt ædificantes, hic factus est in caput anguli, A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? Et quærebant eum tenere: & timuerunt turbam. cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo abierunt. *119.

S. Lucas.

eiectum illum extra vineam, occiderũt. Quid ergo faciet illis Dominus vineę? Veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam alijs. Quo audito, dixerunt illi, Absit. Ille autem aspiciens eos ait, Quid est ergo hoc quod scriptum est: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Omnis qui ceciderit super illum lapidem, conquassabitur: super quem autem ceciderit, comminuet illum? Et quærebant principes sacerdotum & Scribæ mittere in illũ manus illa hora: & timuerũt populum. Cognouerunt, enim quòd ad ipsos dixerit similitudinem hác. *119.

S. Iohannes.

CAP. 118. *Parabola regis nuptias filij sui celebrantis.* *Matth.22.* * 118.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohãnes.
ET respondens Iesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens, Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebãt venire. Iterum misit alios seruos dicens, Dicite inuitatis, Ecce prandium meũ paraui, tauri mei & altilia occisa, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerũt: & abierunt, alius in villam suam: alius verò ad negotiationem suam: reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos, occiderunt. Rex autem cùm audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorũ succendit. Tunc ait seruis suis, Nuptię quidem paratæ sunt: sed qui inuitati erant, nõ fuerunt digni. ite ergo ad exitus viarum: & quoscunque inueneritis, vocãte ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Intrauit autem Rex vt videret discumbentes: & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi, Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. * 119.			

CAP. 119. *Quæstio captiosa Pharisæorum & Herodianorum de tributo Cæsari pendendo explicatur. Matth. 22. * 118. Mar. 12. * 117 Luc. 20. * 117.*

S. Matthæus.

TVnc abeūtes Pharisæi, consiliū inierunt, vt caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicētes, Magister, scimus quia verax es, & viā Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo. nō enim respicis personā hominum: dic ergo nobis quid tibi videtur, licet cēsum dare Cęsari, an non? Cognita autē Iesus nequitia eorum, ait, Quid me tentatis, hypocritę? ostendite mihi numismacensus. At illi obtulerunt ei denariū. Et ait illis Iesus, Cuius est imago hæc, & superscriptio? Dicunt ei, Cęsaris. Tunc ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et audientes mirati sunt, & relicto eo, abierunt. * 120.

S. Marcus.

ET mittunt ad eum quosdam ex Pharisæis & Herodianis: vt eum caperēt in verbo. Qui venientes dicunt ei, Magister, scimus quia verax es, & nō curas quenquā: nec enim vides in faciē hominum, sed in veritate viam Dei doces: licet dare tributum Cæsari, an non dabimus? Qui sciēs versutiam illorum, ait illis, Quid me tentatis? afferte mihi denarium vt videam. At illi attulerunt ei. Et ait illis, Cuius est imago hęc & inscriptio? Dicūt ei, Cęsaris. Respondens autem Iesus, dixit illis, Reddite igitur quæ sunt Cęsaris, Cæsari: & quę sunt Dei, Deo. Et mirabantur super eo. * 120.

S. Lucas.

ET obseruantes, miserūt insidiatores, qui se iustos simularent vt caperent eum in sermone, & traderent illum principatui & potestati Præsidis. Et interrogauerunt eū, dicentes, Magister, scimus quia rectè dicis & doces: & non accipis personā, sed viā Dei in veritate doces. licet nobis tributū dare Cęsari, an non? Considerans autem dolū illorū, dixit ad eos, Quid me tentatis? ostendite mihi denariū. Cuius habet imaginem & inscriptionē? Respondentes dixerūt, Cęsaris. Et ait illis, Reddite ergo quę sunt Cęsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in respōso eius, tacuerunt. * 120.

S. Iohannes.

CAP. 120. *Christus asserit resurrectionem carnis aduersus Sadduceos.*

Mat. 22. 119. *Mar. 12.* 119. *Luc. 20.* 119.

S. Matthæus

IN illo die accesserũt ad eũ Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem: & interrogauerũt eũ, dicentes, Magister, Moyses dixit, Siquis mortu⁹ fuerit non habẽs filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Erant autẽ apud nos septem fratres: & primus vxore ducta defunctus est: & non habens semẽ, reliqt vxorẽ suã fratri suo. Similiter secũdus & terti⁹ vsq; ad septimũ. Nouis-

S. Marcus.

ET venerunt ad eum Sadducæi qui dicunt resurrectioné non esse: & interrogabãt eum dicentes, Magister, Moyses nobis scripsit, vt si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorem, & filios non reliquerit, accipiat frater eius vxorem ipsius, & resuscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erãt: & primus accepit vxorem, & mortuus est non relicto semine. Et secundus accepit eã, & mortuus est: & nec iste reliquit semẽ. Et tertius similiter. Et acceperunt eam similiter septem: & non reliquerunt semen. Nouissima oĩm defuncta est & mulier. In resurrectione ergò cũ resurrexerint, cuius de his erit vxor? septẽ enim habuerunt eam vxorem. Et respondens Iesus, ait illis, Nõne ideo erratis, non scientes scripturas, neq; virtutẽ Dei? Cùm enim à mortuis resurrexerint, neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli in cœlis. De mortuis autem quòd resurgant, nõ legistis in libro Moy-

S. Lucas.

Accesserũt autẽ quidam Sadducæorum qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum, dicentes, Magister, Moyses scripsit nobis, Si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorem, & hic sine liberis fuerit, vt accipiat eam frater eius vxorẽ, & suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus est sine filijs. & sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam. Similiter & omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissimè omnium mortua est & mulier. In resurrectione ergo, cuius eorum erit vxor? siquidem septem habuerunt eam vxorem. Et ait illis Iesus, Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias: illi verò qui digni habebuntur seculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubunt, neque ducunt vxores, neque vltrà mori poterunt: æquales enim Angelis sunt: & fi-

S. Iohannes.

S. Matthæus.	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohãnes.*
ſimè autẽ oĩm & mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergo cuius erit de ſeptẽ, vxor? omnes enim habuerunt eam. Reſpõdens autẽ Ieſus, ait illis, Erratis, neſcientes ſcripturas, neq; virtutẽ Dei. In reſurrectione enĩ neq; nubent, neq; nubentur: ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cælo. De reſurrectione aũt mortuorũ non legiſtis, quod dictum eſt à Deo dicente vobis, Ego ſum Deus Abraham, & De' Iſaac, & De' Iacob? Nõ eſt Deus mortuorũ, ſed viuentiũ. Et audientes turbę, mirabantur in doctrina eius. * 121.	ſi, ſuper rubum quomodo dixerit illi De' inquiens, Ego ſum Deus Abrahã, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Non eſt Deus mortuorũ, ſed viuorum. Vos ergo multũ erratis. * 121.	lij ſunt Dei, cùm ſint filij reſurrectionis. Quia verò reſurgant mortui, & Moyſes oſtendit, ſecus rubum ſicut dicit Dominum, Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob. Deus autem nõ eſt mortuorum, ſed viuorum. omnes enim viuunt ei. Reſpondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei, Magiſter, bene dixiſti. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare. * 122.	

CAP. 122. *Quodnam ſit magnum & primum Legis præceptum.*

Matth. 22 * 120. *Mar.* 12. * 120.

S. Matthæus.	*S. Marcus*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
PHariſæi autem audientes quòd ſilentiũ impoſuiſſet Sadducæis, conuenerunt in vnum: & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eũ, Magiſter, quod eſt mandatum magnum in Lege? Ait illi Ieſus, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum	ET acceſsit vn' de Scribis qui audierat illos cõquirẽtes, & vidẽs quoniã bene illis reſpõderit, interrogauit eũ qđ eſſet primũ oĩm mãdatũ. Ieſus aũt reſpõdit ei, Quia primũ oĩm mãdatũ eſt, Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. Et diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua, & ex tota virtute tua. Hoc eſt primũ mãdatũ. Secundũ aũt		

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
autē simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ. * 122.	simile est illi, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Maius horum aliud mandatū nō est. Et ait illi Scriba, Bene Magister, in veritate dixisti, quia vnus est Deus, & non est alius præter eum. Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquā seipsum: maius est omnibus holocautomatibus & sacrificijs. Iesus aūt vidēs, quòd sapienter respondisset, dixit illi, Nō es lōgè à regno Dei. Et nemo iam audebat eum interrogare. * 122.		

CAP. 122. *IESVS interrogat Pharisæos, cuius filius sit Christus.*

Matth. 22.*121. *Mar.* 12.* 121. *Luc.* 20.* 120.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
Congregatis autē Pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens, Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicūt ei, Dauid. Ait illis, Quomodo ergo Dauid in Spiritu vocat eū Dominū, dicens, Dixit Dominus Dn̄o meo, sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū? Si ergo Dauid vocat eū Dn̄m, quomodo filius eius est? & nemo poterat ei respō dere verbū; neq; ausus fuit quisquā ex illa die eū amplius interrogare. * 123.	ET respondens Iesus, dicebat, docens in templo, Quomodo dicunt Scribæ, Christum filium esse Dauid? Ipse enim Dauid dicit in Spiritu sancto, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo Dauid dicit eum Dominum: & vnde est filius eius? Et multa turba eum libēter audiuit. * 123.	DIxit autem ad illos, Quomodo dicunt Christum filiū esse Dauid? & ipse Dauid dicit in libro Psalmorum, Dixit Dn̄s Domino meo, sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos, scabellum pedum tuorum? Dauid ergo Dominum illum vocat: & quomodo filius eius est? * 123.	

CAP. 123. *Docet obtemperandum eſſe Scribis & Phariſeis in Cathedra Moſis ſedentibus, etiamſi vita ipſorum minimè ſit imitanda. Quorum hypocriſi & ambitione detecta, diſcipulos humilitatem docet, & eiſdem Phariſæis multiplices pœnas interminatur. Matth 23.* 123. *Mar. 12.* *122. *Luc 20.* 121.

S. Matthæus.

TVnc Ieſus locutus eſt ad turbas & ad diſcipulos ſuos, dicens, Super cathedram Moyſi ſederũt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo, quęcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecúdùm opera verò eorũ nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Alligāt enim onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autē ſuo nolũt ea mouere. Omnia verò opera ſua faciũt, vt videātur ab hominibus. dilatāt enim phylacteria ſua, & magnificāt fimbrias. Amant aũt primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagógis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus, rabbi. Vos aũt nolite vocari rabbi. Vnus eſt enim magiſter veſter, omnes autē vos, fratres eſtis. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim pater veſter qui in cœlis eſt. Nec vocemini magiſtri: q̃a magiſter veſter, vnus eſt Chriſtus. Qui maior eſt veſtrũ, erit miniſter veſter. Qui aũt ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur. Væ aũt vobis Scribæ & Phariſæi, hypocritę: q̃a clauditis regnũ cælorũ ante homines. vos enim non intratis: nec introeũtes ſinitis intrare. Vę vobis Scribę & Phariſæi, hypocritę, q̃a comeditis domos viduarũ, orationes lõgas orātes. propter hoc amplius accipietis iudiciũ. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritę: quia circuitis mare & aridā, vt faciatis vnũ proſelytũ: & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehẽnę duplo quā vos. Væ vobis duces cæci, q̃

S. Marcus.

ET dicebat eis in doctrina ſua, Cauete à Scribis, qui volunt in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro, & in primis cathedris ſedere in ſynagogis, & primos diſcubitus in cœnis, qui deuorant domos viduarũ ſub obtentu prolixæ orationis: hi accipient prolixius iudicium. *140.

S. Lucas.

AVdiente autem omni populo, dixit Diſcipulis ſuis, Attendite à Scribis qui volunt ambulare in ſtolis, & amāt ſalutationes in foro, & primas cathedras in ſynagogis, & primos diſcubitus in cõuiuijs, qui deuorant domos viduarum, ſimulantes longam orationem. Hi accipiēt damnationem maiorem. *124.

S. Iohannes.

S. Matthaus	S. Lucas.	S. Marcus.	S. Iohannes.
dicitis, Quicũq; iurauerit per tẽplũ, nihil eſt: qui aũt iurauerit in auro tẽpli, debet. Stulti & cæci, quid enim maius eſt, aurũ, an tẽplũ quod ſanctificat aurũ? Et quicũq; iurauerit in altari, nihil eſt: quicũq; aũt iurauerit in dono quod eſt ſuper illud, debet. Cæci quid enĩ maius eſt, donũ, an altare quod ſanctificat donũ? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo & in oĩbus q̃ ſuper illud ſunt: & quicũq; iurauerit in tẽplo, iurat in illo & in eo q̃ habitat in ipſo: & qui iurat in cælo, iurat in throno Dei & in eo qui ſedet ſup eũ. Væ vobis Scribę & Phariſæi, hypocritę: q̃a decimatis mẽtam & anethũ & cyminũ, & reliquiſtis quę grauiora ſunt legis, iudiciũ, & miſericordiá, & fidem. hęc oportuit facere, & illa nõ omittere. Duces cæci, excolantes culicẽ, camelũ aũt glutiẽtes. Vę vobis Scribę & Phariſęi, hypocritæ: quia mũdatis quod deforis eſt calicis & paropſidis: intus autem pleni eſtis rapina & immũditia. Phariſæe cęce, mũda prius quod intùs eſt, calicis & paropſidis, vt fiat id quod deforis eſt, mũdũ. Væ vobis Scribę & Phariſęi hypocritę: q̃a ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, q̃ à foris parẽt hoĩbus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſsib⁹ mortuorũ, & omni ſpurcitia ſic & vos à foris q̃dẽ paretis hoĩbus iuſti: intus autẽ pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Væ vobis Scribę & Phariſęi, hypocritę: quia ędificatis ſepulchra prophetarũ, & ornatis monumẽta iuſtorũ, & dicitis, Si fuiſſemus in diebus patrũ noſtrorũ, nõ eſſemus ſocij eorũ in ſanguine prophetarũ. itaq; teſtimonio eſtis vobiſmetipſis quia filij eſtis eorũ qui prophetas occiderũt. Et vos implete menſurá patrũ veſtrorũ. Serpẽtes genimina viperarũ, quomodo fu-			

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohànes.
fugietis à iudicio gehennæ? Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas & sapiêtes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequimini de ciuitate in ciuitatē: vt veniat super vos oĩs sanguis iustus qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quē occidistis inter tēplū & altare. Amen dico vobis, veniēt hęc oĩa super generationē istam. Ierusalē, Ierusalē, q̃ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui cōgregare filios tuos, quēadmodū gallina cōgregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur vobis dom⁹ vestra deserta. Dico enim vobis, nō me videbitis àmodo, donec dicatis, Benedict⁹ q venit in nomine Dñi.* 125			

CAP. 124. *Vidua paupercula præfertur omnibus alijs munera in gazophylacium immittentibus. Mar. 12.* 123. Luc. 21 * 123.*

S. Matthæus	S. Marcus	S. Lucas.	S. Iohannes.
	ET sedens Iesus cōtra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret ęs in gazophylaciū, & multi diuites iactabāt multa. Cū venisset autē vidua paup, misit duo minuta, qđ est quadrās. & conuocans discipulos suos, ait illis, Amen dico vobis, quoniā vidua hęc pauper plus omnib⁹ misit qui miserunt in gazophylaciū. Omnes enī ex eo quod abūdabat illis, miserūt: hæc verò de penuria sua omnia quę habuit misit totū victū suū.* 125.	REspiciens autem, vidis eos qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites. Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo. Et dixit, Verè dico vobis, quia vidua hęc pauper, plus quā omnes misit. nam omnes hi, ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: hęc autem ex eo quod deest illi, omnem victum suum quem habuit misit.* 125.	

CAP. 125. IESVS in monte oliuarum prædicit futura, & in primis templi vrbisq́ Hierosolymitana euersionem & excidium, atque Ecclesiæ iactationem.
Matth. 24.* 123. Mar. 13.* 124. Luc. 21.* 124.

S. Matthæus.

ET egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt Discipuli eius vt ostenderẽt ei ędificationes templi. Ipse autem respondens dixit illis, Videtis hæc oia? Amen dico vobis, nõ relinquetur hîc lapis super lapidem qui non destruatur. Sedente autem eo super Montem olıueti, accesserunt ad eum Discipuli secretò, dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum aduẽtus tui, & consummationis seculi? Et respondẽs Iesus, dixit eis, Videte, ne quis vos seducat: multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus. & multos seducent. Audituri enim estis prælia & opiniones pręliorũ. Videte ne turbemini

S. Marcus.

ET cùm egrederetur de templo, ait illi vnus ex Discipulis suis, Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ. Et respondens Iesus, ait illi, Vides has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Et cùm sederet in monte oliuarum contra templum, interrogabant eum separatim Petrus & Iacobus & Iohannes & Andreas, Dic nobis, quando ista fient? & quod signũ erit, quando hæc omnia incipient consummari? Et respondens Iesus cœpit dicere illis, Videte, ne quis vos seducat. multi enim venient in nomine meo dicentes quia ego sum: & multos seducẽt. Cũ audieritis au-

S. Lucas.

ET quibusdam dicentibus de templo quòd bonis lapidibus & donis ornatum esset, dixit, Hæc quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Interrogauerunt autem illum, dicentes, Præceptor, quando hæc erunt? & quod signũ cùm fieri incipient? Qui dixit, Videte ne seducamini multi enim venient in nomine meo, dicẽtes quia ego sum: & tempus appropinquauit, nolite ergo ire post eos. Cùm autẽ audieritis prælia & seditiones, nolite terreri: oportet primùm hęc fieri, sed nõdũ statim finis.

Y 2 Tunc

S. Iohannes.

S. Matthæus.

mini. oportet enim hæc fieri: ſed nondum eſt finis. conſurget enim gens in gentem, & regnũ in regnum: & erũt peſtilentię, & fames, & teræmotus per loca, hæc autem omnia, initia ſunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationẽ, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomẽ meum. Et tunc ſcãdalizabuntur multi: & inuicem tradent: & odio habebunt inuicem. Et multi pſeudoprophetæ ſurgent & ſeducẽt multos. Et quoniam abũdabit iniquitas: refrigeſcet charitas multorum. qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Et prædicabitur hoc Euãgeliũ regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus. & tunc veniet conſummatio. Cùm ergo videritis abominationẽ deſolationis, quæ di-

S. Marcus.

aũt bella & opiniones bellorum, ne timueritis. oportet hęc fieri: ſed nondũ finis. Exurget enim gens contra gentẽ, & regnum ſuper regnum: & erunt terræmotus per loca, & fames. Initiũ dolorum, hæc. Videte autem voſmetipſos. Tradent enim vos in concilijs, & in ſynagogis vapulabitis, & ante præſides & reges ſtabitis propter me, in teſtimonium illis. Et in omnes gentes primùm oportet prędicari euãgelium. Et cùm duxerint vos tradẽtes, nolite pręcogitare quid loquamini: ſed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini. nõ enim vos eſtis loquẽtes: ſed Spiritus ſanctus. Tradet autem frater fratrẽ in mortem, & pater filium: & conſurgent filij in parentes, & morte afficient eos. Et eritis odio omnibus, propter nomẽ meũ. Qui

S. Lucas.

Tunc dicebat illis, Surget gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum. & terrę motus magni erunt per loca, & peſtilentiæ & fames, terroreſque de cęlo, & ſigna magna erunt. Sed ante hæc omnia inijcient vobis manus ſuas: & perſequentur tradentes in ſynagogas & cuſtodias, trahẽtes ad reges & præſides propter nomẽ meum. continget autem vobis in teſtimonium. Ponite ergo in cordibus veſtris non præmeditari quemadmodum reſpondeatis. Ego enim dabo vobis os & ſapientiam: cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij veſtri. Trademini autem à parentibus & fratribus, & cognatis & amicis: & morte afficiẽt ex vobis. & eritis odio omnibus propter nomen meum: & capillus de capite ve-

S. Iohannes.

S. Matthæus.

dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autem, vt nõ fiat fuga vestra in hyeme vel sabbato. erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsq; modò, neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. * 126.

S. Marcus.

Qui auté sustinuerit in finem, hic saluus erit. Cùm auté videritis abominationem desolationis stantem, vbi nõ debet (qui legit, intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in mõtes: & qui super tectũ, ne descédat in domũ, nec introeat vt tollat quid de domo sua: & qui in agro erit, non reuertatur retro, tollere vestimentum suum. Væ autem prægnãtibus & nutriẽtibus in illis diebus. Orate verò vt hyeme non fiant. Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit Deus vsq; nunc, neque fient. Et nisi breuiasset Dominus dies, non fuisset salua omnis caro: sed propter electos quos elegit, breuiauit dies. * 126.

S. Lucas.

stro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Cùm autem videritis circundari ab exercitu Ierusalem: tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrẽt in eam. quia dies vltionis hi sunt, vt impleãtur omnia quæ scripta sunt. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. Et cadent in ore gladij: & captiui ducentur in omnes gentes, & Ierusalem calcabitur à Gentibus: donec impleantur tempora nationum. * 126.

S. Iohannes.

CAP. 126. *Secundus Christi aduentus in futura mundi consummatione, nec non & signa eum antecedentia describuntur. Matth. 24. * 125. Mar. 13. * 125. Luc. 17. * 101. & cap. 21.*

S. Matthæus.

TVnc si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducātur (si fieri potest) etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est: nolite exire. ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab Oriēte, & paret vsque in Occidentem: ita erit & aduentus filij hominis. Vbicunq; fuerit corpus, illic congregabūtur & aquilæ. Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna nō dabit lumē suū, & stellę cadent de cęlo, & virtutes cælorum com-

S. Marcus.

ET tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, ecce illic: ne credideritis. Exurgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ: & dabunt signa & portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam electos. Vos ergo videte, ecce prędixi vobis omnia. Sed in illis diebus post tribulationem illam sol contenebrabitur, & luna nō dabit splendorem suum, & stellæ cæli erunt decidentes, & virtutes quæ in cælis sunt, mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus, cum virtute multa & gloria. Et tūc mittet Angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis, à summo terræ vsq; ad summū cæli. A ficu au-

S. Lucas.

ET ait ad Discipulos suos, Venient dies quando desideretis videre vnum diem filij hominis: & non videbitis. Et dicent vobis, Ecce hic & ecce illic. Nolite ire, neque sectemini. nam sicut fulgur coruscans de sub cælo, in ea quæ sub cælo sunt, fulget: ita erit filius hominis in die sua. Primùm autē oportet illū multa pati, & reprobari à generatione hac. * 127.

*Cap. 21. * 125.*

Et erunt signa in sole & luna & stellis: & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus prę timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. nam virtutes cælorum

S. Iohannes.

S. Matthæus.

commouebuntur: & tunc parebit signum filij hominis in cælo. & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cũ virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna: & congregabũt electos eius à quatuor ventis, à summis cælorum vsque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam: cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia propè est æstas. ita & vos, cùm videritis hæc oĩa, scitote quia propè est in ianuis. Amẽ dico vobis quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant. Cęlum & terra transibunt, verba aũt mea non præteribunt. De die autem illa & hora nemo scit, neq; angeli cælorum, nisi solus pater. * 127.

S. Marcus.

autẽ discite parabolam. Cùm iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia: cognoscitis quia in proximo sit æstas. sic & vos cùm videritis hæc fieri, scitote quòd in proximo sit in ostijs. Amen dico vobis, quoniam non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. De die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in cælo, neque filius, nisi pater. * 127.

S. Lucas.

rum mouebuntur: & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cũ potestate magna & maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem, Videte ficulneam & omnes arbores: cùm producunt iam ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas. Ita & vos cùm videritis hęc fieri, scitote quoniam propè est regnum Dei. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum & terra transibunt: verba autem mea nõ transibunt. * 127.

S. Iohannes.

CAP. 127. *Hortatur ad sobrietatem, orationem, & vigilantiam, vt in Domini aduentum dies & noctes simus intenti, ne incauti opprimamur. Matth. 24. * 126. Mar. 13. * 126. Luc. 17. * 126. & cap. 18. & 21.*

S. *Matthæus.*

SIcut autem in diebus Noë: ita erit & aduẽtus filij hominis. sicut enim erant in diebus ante diluuiũ comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vsq; ad eũ diem quo intrauit Noë in arcã, & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. Tunc duo erũt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur. duę molẽtes in mola: vna assumetur, & vna relinquetur. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dñs vester venturus sit. Illud aũt scitote, quoniã si sciret paterfamiliàs, qua hora fur venturus est, vigilaret vtiq;, & non sineret perfodi domũ suá. Ideò & vos estote parati: quia qua nescitis hora filius hoĩs venturus est. Quis, putas, est fidelis seruus & prudens, quẽ constituit Dominus suus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quẽ cùm venerit dominus eius, inuenerit sic facientem. amen dico vobis,

S. *Marcus.*

VIdete, vigilate, & orate. nescitis enim quádo tempus sit. Sicut homo qui peregrè profectus reliquit domũ suam: & dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis, & ianitori pręcepit vt vigilet. Vigilate ergo (nescitis enim quando dominus domus veniat: serò, an media nocte, an gallicantu, an manè) ne cùm venerit repentè, inueniat vos dormientes. Qui

S. *Lucas.*

ET sicut factum est in diebus Noë, ita erit & in diebus filij hoĩs. Edebãt & bibebãt, vxores ducebãt, & dabãtur ad nuptias vsq; in diẽ qua intrauit Noë in arcã, & venit diluuiũ, & perdidit oẽs. Similiter sicut factũ est in diebus Lot: Edebant & bibebant, emebant & vendebat, plantabant & ædificabant: qua die aũt exijt Lot à Sodomis, pluit ignẽ & sulphur de cælo, & omnes perdidit: secũdùm hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat retro. Memores estote vxoris Lot. Quicunq; quæsierit animã suam saluam facere, perdet illã: & quicunq; perdiderit illã, viuificabit eã. Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumetur, & alter relinquetur: duæ erunt molentes in vnũ: vna assumetur, & altera relinquetur. duo in agro: vnus assumetur, & alter

S. *Iohannes.*

S. Matthæus

quoniã super omnia bona sua cõstituet eũ. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, Morã facit dominus meus venire: & cœperit percutere conseruos suos, manducet autem & bibat cum ebriosis, veniet dominus serui illius in die qua nõ sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis. illic erit fletus & stridor dentium. * 128.

S. Marcus.

Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate. * 132.

S. Lucas.

alter relinquetur. Respondentes dicunt illi, Vbi Domine? Qui dixit illis, Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

Cap. 18.

Dicebat autem & parabolam ad illos quoniam oportet semper orare, & non deficere, dicens, Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa: & veniebat ad eum, dicens, Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hęc autem dixit intra se, Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor: tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens sugillet me. Ait autem Dominus, Audite, quid Iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorũ suorũ clamantium ad se die ac nocte: & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum. Veruntamen filius hominis veniens, putas, inueniet fidem in terra? * 102.

Cap. 21. * 126.

Attendite aũt vobis, ne fortè grauẽtur corda vestra in crapula & ebrietate & curis hui⁹ vitę: & superueniat in vos repẽtina dies illa. tanquã laqueus enim superueniet in oẽs qui sedent super faciẽ oĩs terrę. Vigilate itaq; omni tẽpore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quę futura sunt, & stare ante filium hominis. * 131.

S. Iohannes.

CAP. 128. *Parabola de decem virginibus. Matth. 25.* * 127.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
TVnc simile erit regnũ cælorũ decẽ virginibus: quæ accipiẽtes lãpades suas exierũt obuiã spõso & spõsę. Quinque aũt ex eis erãt fatuæ, & quinq; prudentes. sed quinq; fatuæ, acceptis lãpadibus, nõ sumpserunt oleũ secũ: prudẽtes verò acceperũt oleũ in vasis suis cũ lãpadibus. Morã aũt faciẽte spõso, dormitauerũt oẽs & dormierũt. Media aũt nocte clamor factus est, Ecce spõsus venit, exite obuiã ei. Tũc surrexerunt oẽs virgines illę: & ornauerũt lãpades suas. Fatuæ aũt sapiẽtibus dixerũt, Date nobis de oleo vestro: quia lãpades nostræ extingũtur. Responderũt prudẽtes, dicẽtes, Ne forte nõ sufficiat nobis & vobis: ite potius ad vẽdentes, & emite vobis. Dũ aũt irent emere, venit spõsus: & quæ paratæ erãt, intrauerunt cũ eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè verò veniũt & reliquę virgines dicẽtes, Domine, Domine, aperi nobis. At ille respõdens ait, Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam. * 129.			

CAP. 129. *Parabola de talentis traditis à Domino seruis suis. Matth. 25.* * 128.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
SIcut enim homo peregrè proficiscẽs, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo; alij verò vnum, vnicuiquique secundùm propriã virtutem: & profectus est statim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinq;. Similiter			

S. Matthæus	S. Lucas.	S. Marcus.	S. Iohannes.
militer & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnũ acceperat, abiẽs fodit in terrã, & abscõdit pecuniã domini sui Post multũ verò tẽporis venit dominus seruorũ illorũ, & posuit rationẽ cũ eis. Et accedens qui quinq; talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens, Domine quinq; talẽta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te cõstituam: intra in gaudium domini tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait, Domine duo talenta tradidisti mihi: ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait, Domine, scio quia homo durus es, metis vbi non seminasti, & congregas, vbi non sparsisti: & timens abij, & abscondi talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus eius, dixit ei, Serue male, & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & cõgrego vbi non sparsi: oportuit ergo te cõmittere pecuniam meam numularijs, & veniens ego recepissem vtique quod meum est cum vsura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores. Illic erit fletus & stridor dentium. * 130.			

CAP. 130 *Descriptio futuri iudicij in extremo die. Matth. 25.* * 129.

S. Matthæus.	S. Marcus	S. Lucas.	S. Iohannes
CVm aũt venerit filius hoĩs in maiestate sua, & oẽs angeli cũ eo, tũc sedebit sup sedẽ maiestatis suę: & cõgregabũtur ante eũ oẽs gẽtes, & separabit eos ab inuicẽ, sicut pastor segregat oues ab hœdis: & statuet oues quidẽ à dextris suis, hœdos aũt à sinistris. Tũc dicet rex his qui à dextris eius erũt, Venite benedicti patris mei, possidete paratũ vobis regnũ à cõstitutione mũdi. Esuriui ení: & dedistis mihi mãducare. sitiui: & dedistis mihi bibere. hospes erã: & collegistis me. nud⁹: & operuistis me. infirm⁹: & visitastis me. in carcere erã: & venistis ad me. Tunc respõdebũt ei iusti, dicẽtes, Dñe, quãdo te vidim⁹ esurientẽ, & pauimus: sitiẽtẽ, & dedimus tibi potũ? quãdo aũt te vidimus hospitẽ, & collegim⁹ te? aut nudũ, & cooperuimus te? aut quãdo te vidimus infirmũ, aut in carcere: & venimus ad te? Et respondẽs rex, dicet illis, Amẽ dico vobis, quãdiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & his qui à sinistris erunt, Discedite à me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. esuriui enim: & non dedistis mihi manducare. sitiui: & non dedistis mihi potũ. hospes erã: & nõ collegistis me. nudus: & non operuistis me. infirmus, & in carcere: & non visitastis me. Tũc respõdebunt ei & ipsi, dicẽtes, Dñe, quãdo te vidim⁹ esuriẽtẽ, aut sitiẽtẽ, aut hospitẽ, aut nudũ, aut infirmũ aut in carcere: & non ministrauimus tibi? Tunc respõdebit illis, dicens, Amẽ dico vobis, quamdiu nõ fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibũt hi in suppliciũ ęternũ: iusti aũt, in vitã eternã. * 132.			

CAP. 131. *Christus diem in templo, noctem transigit in monte Oliuarum. Luc. 21.*128.*

S. Matthæus	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
		ERat autem diebus docens in templo: noctibus verò exiens, morabatur in monte qui vocatur Oliueti. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum. *132.	

CAP. 132. *Iudas de prodendo Christo cum principibus sacerdotum paciscitur, omnem iam captantibus eius comprehendendi atque è medio tollendi occasionem. Matth. 26.*130. Mar 14.*127. Luc. 22.*131.*

S. Matthæus.	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
ET factū est: cū cōsūmasset Iesus sermones hos oēs, dixit discipulis suis, Scitis q̃a post biduū Pascha fiet, & filius hoīs tradetur vt crucifigatur. Tunc cōgregati sunt principes sacerdotū & seniores populi in atriū principis sacerdotū, q̃ dicebatur Caiphas: & cōsiliū fecerūt vt Iesū dolo tenerēt, & occiderēt. Dicebāt aūt, Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. *112. Tūc abijt vn⁹ de duodecim, q̃ dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum: & ait illis, Quid vultis mihi dare & ego vobis eū tradā? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quęrebat opportunitatē vt eū traderet. *133.	ERat autē Pascha & Azyma post biduū: & quęrebāt summi sacerdotes & Scribę quomodo eū dolo tenerēt & occiderent. Dicebāt enim, Non in die festo, ne fortè tumultus fieret populi. *113. Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim abijt ad summos sacerdotes, vt proderet eū illis. Qui audiētes gauisi sunt: & promiserūt ei pecuniā se daturos. Et quærebat quomodo illū opportunè traderet. *133.	APpropinquabat autē dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha: & quęrebāt principes sacerdotū & Scribæ, quomodo eum interficerent: timebant verò plebem. Intrauit autem satanas in Iudam qui cognominabatur Iscariotes, vnū de duodecim. & abijt, & locutus est cū principibus sacerdotū & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et quærebat opportunitatē vt traderet illū sine turbis. *133.	

CAP. 133. *Comedit Christus Agnum paschalem cum discipulis. Matth 26. * 132. Mar. 14. * 132. Luc. 22. * 132.*

S. Matthæus.

PRima autem die Azymorum accesserũt discipuli ad Iesum, dicentes, Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? At Iesus dixit, Ite in ciuitatem ad quendam: & dicite ei, Magister dicit, Tempus meum propè est, apud te facio Pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus: & parauerunt Pascha. Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis. * 136.

S. Marcus.

ET primo die Azymorum quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli, Quò vis eamus, & paremus tibi vt manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis, ite in ciuitatem: & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, sequimini eum: & quocunque introierit, dicite domino domus, quia magister dicit, Vbi est refectio mea, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande, stratum: & illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem: & inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt pascha. Vespere autem facto, venit cum duodecim. * 136.

S. Lucas.

VEnit autem dies Azymorũ, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrũ & Iohannem, dicens, Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. At illi dixerunt, Vbi vis paremus? Et dixit ad eos, Ecce, introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patrifamiliàs domus, dicit tibi Magister, Vbi est diuersorium vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum: & ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt pascha. Et cùm facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cũ eo. * 135.

S. Iohãnes.

Cap.

CAP. 134. *Pedes duodecim Apostolorum Christus abluit & linteo detergit. Iohan. 13. * 114.*

S. Matthæus	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
			ANte diē autē festū Paschæ, sciēs Iesus quia venit hora eius vt trāseat ex hoc mūdo ad Patrē: cùm dilexisset suos qui erāt in mūdo, in finē dilexit eos. Et cœna facta, cùm diabolus iā misisset in cor, vt traderet eū Iudas Simonis Iscariotes, sciēs q̃a oīa dedit ei Pater in man⁹, & q̃a à Deo exiuit, & ad Deū vadit: surgit à cœna, & ponit vestimēta sua. & cùm accepisset linteū, pręcinxit se. Deinde misit aquā in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorū, & extergere linteo quo erat pręcinctus. Venit ergo ad Simonē Petrū. Et dicit ei Petrus, Dn̄e, tu mihi lauas pedes? Respōdit Iesus, & dixit ei, Quod ego facio, tu nescis modò, scies postea. Dicit ei Petrus, Nō lauabis mihi pedes in ęternū. Respōdit ei Iesus, Si nō lauero te, nō habebis partem mecū. Dicit ei Simō Petrus, Dn̄e, nō tātū pedes meos, sed & manus, & caput. Dicit ei Iesus, Qui lotus est, nō indiget nisi vt pedes lauet, sed est mūdus totus. Et vos mūdi estis, sed non oēs. Sciebat enim quisnā esset qui traderet eū. propterea dixit, Nō estis mūdi oēs. Postquā ergo lauit pedes eorū, & accepit vestimēta sua, cùm recubuisset, iterum dixit eis, Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me Magister, & Dn̄e: & bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exēplū enim dedi vobis, vt quēadmodū ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amē amē dico vobis, non est seruus maior dn̄o suo, neq; Apostolus maior est eo q̃ misit illū. Si hęc scitis, beati eritis si feceritis ea.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			Non de omnibus vobis dico: ego ſcio quos elegerim. Sed vt adimpleatur ſcriptura, Qui mãducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum ſuũ, Amodo dico vobis, prius quàm fiat: vt cùm factum fuerit, credatis, quia ego ſum. Amẽ, amẽ dico vobis, qui accipit ſi quẽ miſero, me accipit, qui autem me accipit, accipit eum qui me miſit. * 136.

CAP. 135. Euchariſtiæ inſtitutio. Matth. 26. * 136. Mar. 14. * 136. Luc. 22. * 133.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
COEnãtibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit: deditq; diſcipulis ſuis, & ait, Accipite, & comedite. hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicẽ, gratias egit: & dedit illis, dicens, bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamẽti, qui pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibã àmodo de hoc genimine vitis vſque in diem illum, cùm illud bibam vobiſcum nouum in regno patris mei. * 137.	ET manducantibus illis, accepit Ieſus panem & benedicẽs fregit, & dedit eis, & ait, Sumite, hoc eſt corpus meũ. Et accepto calice, gratias agens dedit eis. & biberunt ex illo omnes. Et ait illis, Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis, quia iam non bibam de genimine vitis vſque in diem illum cùm illud bibam (nouum) in regno Dei. * 137.	ET ait illis, Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare vobiſcũ, antequã patiar. Dico enim vobis, q̃a ex hoc nõ mãducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice gratias egit, & dixit, Accipite & diuidite inter vos. dico enĩ vobis, quòd non bibã de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et accepto pane, gratias egit, & fregit: & dedit eis, dicẽs, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. hoc facite in meã commemorationẽ. Similiter & calicẽ, poſtquã cœnauit, dicens, Hic eſt calix nouũ teſtamẽtũ in ſanguine meo, q̃ p vobis fundetur. * 136	

CAP. 136. Se proditum iri ab vno Apostolorum suorum prædicit Christus, Matth. 26.* 133. Mar. 14.* 132. Luc. 22.* 135. Iohan 13.* 134.

S. Matthæus.

ET edentibus illis, dixit. Amen dico vobis, quia vnus ve strûm me traditurus est. Et cõtristati valde, cœperunt singuli dicere, Nunquid ego sum Domine? At ipse respondens, ait, Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: vę autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit, Nunquid ego sum rabbi? Ait illi, Tu dixisti.* 135.

S. Marcus.

ET discũbẽtibus eis & manducãtibus, ait Iesus, Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui mãducat mecum. At illi cœperunt contristari, & dicere ei singulatim, Nunquid ego? Qui ait illis, Vn⁹ ex duodecim qui intingit mecum manũ in catino. & fili⁹ quidem hominis vadit sicut scriptũ est de eo, vę aũt homini illi per quẽ filius hoĩs tradetur. bonũ erat ei, si nõ esset nat⁹ homo ille.* 135.

S. Lucas.

VEruntamẽ ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundùm quod definitum est, vadit: veruntamẽ væ homini illi per quẽ tradetur. Et ipsi cœperũt quęrere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset.* 137.

S. Iohannes.

CVm hęc dixisset Iesus, turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit: Amẽ, amẽ dico vobis: qa vnus ex vobis tradet me. Aspiciebãt ergo ad inuicẽ discipuli, hęsitãtes de quo diceret. Erat ergo recũbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu quẽ diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simõ Petr⁹, & dixit ei, Quis est de quo dicit? Itaq; cùm recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei, Dñe, quis est? Respondit Iesus. Ille est cui ego intinctũ panẽ porrexero. Et cũ intinxisset panem, dedit Iudę Simonis, Iscariotę. Et post bucellã, tũc introiuit ĩ eũ Satanas. Et dicit ei Iesus, Quod facis fac citius. Hoc aũt nemo sciuit discũbentiũ ad qd dixerit ei. Quidã enĩ putabãt, qa loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus, Eme ea q̃ opus sunt nobis ad diẽ festũ: aut egenis vt aliquid daret. Cũ ergo accepisset ille buccellã, exiuit cõtinuò erat aũt nox. Cùm ergo exisset, dixit Iesus, Nũc clarificat⁹ est filius hoĩs: & Deus clarificat⁹ est in eo. Si De⁹ clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eũ in semetipso: & cõtinuò clarificabit eũ.* 137

*CAP. 137. Concertatio Apostolorum inter se de principatu reprehenditur, eisdemq; praedicitur, fore vt omnes ea nocte offendantur, & nominatim Petro, vt ter Christum se nosse neget. Matth. 26. * 135. Mar. 14. * 135. Luc. 22. * 136. Iohan. 13 * 136.*

S. Matthæus

ET hymno dicto, exierunt in mōtem oliueti. Tunc dicit illis Iesus, Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquàm autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi, Etsi oēs scādalizati fuerint in te, ego nunquam.

S. Marcus

ET hymno dicto, exierunt in mōtem oliuarum. Et ait eis Iesus, Omnes scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est: Percutiam pastorem, & dispergentur oues. Sed postquàm resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Petrus autem ait illi, Etsi omnes scandalizati fuerint: sed nō ego. Et ait illi Iesus, Amē dico tibi, quia tu ho-

S. Lucas

FActa est autem & cōtentio inter eos, quis eorū videretur esse maior. Dixit autē eis, Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem nō sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nā quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nónne qui recūbit? Ego autē in medio vestrū sum, sicut qui ministrat, vos autē estis qui permāsistis mecū in tētationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus, regnū: vt edatis & bibatis super mēsam meā in regno meo, & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israēl. Ait aūt Dn̄s, Simō, Simō, ecce satanas expetiuit vos vt cribaret sicut triticum: ego autē rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquādo cōuersus, confirma fratres tuos. Qui dixit ei, Domine, tecū paratus sum & in carcerē & in mortē ire. Et ille dixit, Dico tibi Petre, nō cātabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Et dixit eis, Quādo misi vos sine sacculo & pera, & calceamētis: nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerūt, Nihil. Dixit ergo eis: Sed nūc qui habet sacculū, tollat, similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me, Et cum

S. Iohannes

FIlioli, adhuc modicū vobiscū sum. Quæretis me: & sicut dixi Iudæis: Quò ego vado, vos nō potestis venire: & vobis dico modò. Mādatū nouū do vobis, Vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicē. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionē habueritis ad inuicē. Dicit ei Simon Petrus, Domine, quò vadis?

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
scãdalizabor. Ait illi Iesus, Amē dico tibi, quia in hac nocte antequàm gallus cãtet, ter me negabis. Ait illi Petus, Etiamsi oportuerit me mori tecum, nõ te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. *142.	die in nocte hac prius quam gallus vocē bis dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur, Et si oportuerit, me simul cõmori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant. *142.	cũ iniquis deputatus est. etenim ea quę sunt de me, finē habent. At illi dixerũt, Domine, ecce duo gladij hîc. At ille dixit eis, Satis est.*142.	Respõdit Iesus, Quò ego vado, non potes me modò sequi, sequēris aũt postea. Dicit ei Petrus, Quare nõ possũ te sequi modò? animã meã pro te ponam. Respondit ei Iesus, Animã tuã pro me pones? Amen, amen dico tibi, nõ cantabit gallus, donec ter me neges.*138.

CAP. 138. *Concionis Domini à Cœna ad discipulos suos post discessum Iudæ Iscariotis, pars prima. Iohan. 14.*137.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S Iohannes.
			NON turbetur cor vestrũ. Credi tis in Deũ, & in me credite. In domo Patris mei mãsiones multę sunt. si quò minus, dixissem vobis, Quia vado parare vobis locum. Et si abiero, & præparauero vobis locum: iterũ venio, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. & quò ego vado scitis, & viã scitis. Dicit ei Thomas, Domine, nescimus quò vadis: & quomodo possumus viã scire? Dicit ei Iesus, Ego sum via, & veritas, & vita, nemo venit ad Patrē, nisi per me. Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis: & amodò cognoscetis eum, & vidistis eũ. Dicit ei Philippus, Domine, ostende nobis patrē, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus, Tanto tempore vobiscum sum: & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis, Ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, &

S. Matthæus	S. Lucas.	S. Marcus.	S. Iohannes.
			pater in me eſt? Verba quæ ego loquor vobis, à meipſo nõ loquor. Pater aũt in me manẽs, ipſe facit opera. Nõ creditis quia ego in patre, & pater in me eſt? Alioquin propter opera ipſa credite. Amẽ, amen dico vobis, qui credit in me, opera quę ego facio & ipſe faciet, & maiora horũ faciet, quia ego ad patrẽ vado. Et quodcunq; petieritis in nomine meo, hoc faciã. vt glorificetur Pater in filio. Si quid petieritis me in noĩe meo, hoc faciã. Si diligitis me: mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrẽ, & aliũ paracletũ dabit vobis, vt maneat vobiſcũ in ęternũ, Spiritũ veritatis, quẽ mũdus nõ poteſt accipere, quia nõ videt eũ, nec ſcit eũ. vos aũt cognoſcitis eũ: quia apud vos manebit, & ĩ vobis erit. Nõ relinquã vos orphanos: veniã ad vos. Adhuc modicũ: & mũdus me iã nõ videt. vos aũt videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoſcetis quia ego ſum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mãdata mea, & ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. Qui aũt diligit me diligetur à patre meo: & ego diligã eũ, & manifeſtabo ei meipſum. Dicit ei Iudas, non ille Iſcariótes, Dñe, quid factũ eſt, quia manifeſtaturus es nobis teipsũ, & nõ mũdo? Reſpõdit Ieſus, & dixit ei, Si quis diligit me, ſermonẽ meũ ſeruabit, & Pater meus diliget eũ, & ad eũ veniemus, & manſionẽ apud eũ faciem⁹. qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Et ſermonẽ quẽ audiſtis, non eſt meus: ſed eius qui miſit me, Patris. Hęc locutus ſum vobis apud vos manẽs. Paracletus aũt Spiritus ſanctus, quẽ mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit oĩa, & ſuggeret vobis oĩa quęcunq;

S. Matthaus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			dixero vobis. Pacẽ relíquo vobis, pacẽ meã do vobis. nõ quomodo mũdus dat ego do vobis. Non turbetur cor veſtrũ, neq; formidet. Audiſtis quia ego dixi vobis, Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad Patrẽ: quia Pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis priùs quàm fiat: vt cùm factũ fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiſcũ venit enim princeps mũdi huius, & in me nõ habet quicquã. Sed vt cognoſcat mundus, quia diligo Patrẽ: & ſicut mandatũ dedit mihi Pater, ſic facio. Surgite, eamus hinc. * 139.

CAP. 139. Eiuſdem concionis pars altera. Iohan. 15. * 138.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			EGo ſum vitis vera: & Pater meus agricola eſt. Omnẽ palmitẽ in me, nõ ferentẽ fructũ, tollet eũ: & omnem qui fert fructũ, purgabit eũ, vt fructum plus afferat. Iã vos mũdi eſtis propter ſermonẽ quẽ locutus ſum vobis. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructũ à ſemetipſo, niſi mãſerit in vite: ſic nec vos niſi in me mãſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multũ: quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me nõ mãſerit: mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligẽt eũ, & in ignẽ mittẽt, & ardet. Si mãſeritis in me, & verba mea in vobis mãſerit: quodcũq; volueritis petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus eſt Pater meus: vt fructũ plurimũ afferatis, & efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si pręcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea. ſicut & ego Patris mei pręcepta ſeruaui, & maneo in

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
			eius dilectione. Hæc locutus sum vobis: vt gaudiũ meũ in vobis sit, & gaudiũ vestrũ impleatur. Hoc est præceptũ meũ, vt diligatis inuicẽ, sicut dilexi vos. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, vt aiám suá ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis q̃ ego p̃cipio vobis. Iá nõ dico vos seruos: quia seru⁹ nescit quid faciat Dñs ei⁹. Vos aũt dixi amicos quia oĩa quæcunq; audiui à Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: & posui vos, vt eatis, & fructũ afferatis, & fructus vester maneat: vt quodcũq; petieritis patrẽ in noĩe meo, det vobis. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicẽ. Si mũdus vos odit: scitote quia me priorẽ vobis odio habuit. Si de mũdo fuissetis: mũdus qđ suũ erat diligeret. quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, proptereà odit vos mũdus. Mementote sermonis mei quẽ ego dixi vobis, Non est seruus maior dño suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. si sermonẽ meũ seruauerũt, & vestrũ seruabũt. Sed hęc oĩa faciẽt vobis propter nomẽ meũ: quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissẽ, & locutus fuissẽ eis, peccatũ nõ haberẽt: nũc aũt excusationẽ nõ habẽt de peccato suo. qui me odit, et Patrẽ meũ odit. Si opera nõ fecissẽ in eis quę nemo alius fecit peccatũ nõ haberẽt. nũc aũt & viderũt & oderũt & me & Patrẽ meũ. Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorũ scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. Cũ aũt venerit paraclẽt⁹, quẽ ego mittã vobis à Patre, spiritũ veritatis, qui à Patre procedit, ille testimoniũ perhibebit de me: & vos testimoniũ phibebitis, quia ab initio mecũ estis. * 140.

CAP. 140. *Tertia & vltima pars concionis. Iohan. 16.* * 139.

S. Matthæus	S. Lucas.	S. Marcus.	S. Iohannes.
			HÆC locutus sum vobis, vt nõ scãdalizemini. Absq; synagogis facient vos: sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequiũ se præstare Deo. & hæc faciẽt vobis: quia nõ nouerũt Patrẽ, neq; me Sed hęc locutus sum vobis: vt cũ venerit hora, eorũ reminiscamini, quia ego dixi vobis. Hæc autẽ vobis ab initio nõ dixi: qa vobiscũ erã. Et nunc vado ad eũ qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me: quò vadis? Sed quia hęc locut⁹ sum vobis, tristitia impleuit cor vestrũ. Sed ego veritatẽ dico vobis. expedit vobis vt ego vadã. si enim nõ abiero, paraclêtus nõ veniet ad vos: si aũt abiero, mittã eũ ad vos. Et cũ venerit ille, arguet mundũ de peccato, & de iustitia, & de iudicio. de peccato quidẽ: qa non credunt in me. de iustitia verò: qa ad Patrẽ vado: & iã nõ videbitis me. de iudicio aũt: quia princeps huius mundi iã iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nõ potestis portare modò. Cùm aũt venerit Spiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatẽ. non enĩ loquetur à semetipso: sed quęcunq; audiet loquetur, & quę ventura sunt annũtiabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis? Oĩa quæcunq; habet pater, mea sunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Modicũ, & iam non videbitis me: & iterũ modicũ, & videbitis me: quia vado ad Patrẽ. Dixerũt ergo ex discipulis eius ad inuicẽ, Quid est hoc quod dicit nobis: modicũ, & nõ videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, &, quia vado ad Patrem? Dicebant ergo, Quid est hoc quod dicit, Modicũ? nescimus quid loquitur.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			Cognouit aũt Iesus, quia volebãt eũ interrogare: & dixit eis, De hoc quæritis inter vos, q̃a dixi vobis, Modicũ, & non videbitis me, & iterũ modicũ, & videbitis me. Amẽ, amẽ dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, mũdus aũt gaudebit vos aũt cõstristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ. Mulier cũ parit, tristitiã habet quia venit hora eius: cũ aũt pepererit puerũ, iã nõ meminit pressuræ propter gaudiũ, quia natus est homo in mundũ. Et vos igitur nũc quidẽ tristitiã habetis, iterũ aũt videbo vos, & gaudebit cor vestrũ & gaudiũ vestrũ nemo tollet à vobis Et in illo die me nõ rogabitis quicquã. Amen, amen dico vobis, si quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Vsque modò nõ petistis quicquã in noĩe meo. Petite & accipietis, vt gaudiũ vestrũ sit plenum. Hęc in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora cũ iã nõ in prouerbijs loquar vobis, sed palã de Patre annuntiabo vobis. in illo die in nomine meo petetis: & nõ dico vobis quia ego rogabo Patrẽ de vobis. Ipse enĩ Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia ego à Deo exiui. Exiui à Patre, & veni in mundũ: iterũ relinquo mundũ, & vado ad Patrem. Dicunt ei discipuli eius, Ecce, nunc palã loqueris, & prouerbiũ nullũ dicis nũc scimus quia scis oĩa, & non opus est tibi vt quis te interroget. in hoc credimus quia à Deo exiisti. Respõdit eis Iesus, Modò creditis. Ecce, venit hora, & iã venit, vt dispergamini vnusquisq; in propria, & me solũ relinquatis: & nõ sum solus, quia Pater mecũ est. Hęc locutus sum vobis, vt in me pacẽ habeatis. In mũdo pressurã habebitis: sed cõfidite, ego vici mũdũ.* 141

CAP. 141. *Preces Christi ad Patrem pro se, Discipulis suis, & omnibus in ipsum credituris. Iohan. 17.* * 140.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			HÆC locutus est Iesus: & subleuatis oculis in cælum, dixit, Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei: det eis vitam æternam. Hæc est autem vita ęterna, Vt cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam: & nũc clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui prius quàm mundus esset, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. (Tui erãt: & mihi eos dedisti) & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia verba quę dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia, tua sunt: & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo: & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in noĩe tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut & nos. Cùm

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			eſſem cum eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi, cuſtodiui: & nemo ex eis perijt, niſi filius perditionis, vt ſcriptura impleatur. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à malo. De mundo non ſunt: ſicut & ego non ſum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt Sicut tu me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundum. Et pro eis ego ſanctifico mepiſum: vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantùm, ſed & pro eis qui crediturí ſunt per verbum eorum in me: vt omnes vnũ ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint: vt credat mundus quia tu me miſiſti. Et ego claritatem quam dediſti mihi dedi eis. vt ſint vnum, ſicut & nos vnũ ſumus. Ego in eis, & tu in me: vt ſint cõſummati in vnum: & cognoſcat mundus quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti. Pater, quos dediſti mihi, volo, vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum: vt videant claritatem meam quá dediſti mihi, quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi. Pater iuſte, mundus te non cognouit. ego autem te cognoui: & hi cognouerunt, quia tu me miſiſti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: vt dilectio, qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis. * 142.

CAP. 142. *Christus præ tristitia in sanguineum sudorem solutus ter Patrem rogat, vt sibi Calix auferatur: & postea Iuda osculo proditus comprehenditur.*

Matth.26. 137. *Mar.14.* 137. *Luc.22.* 137. *Iohan 18* 141.

S. Matthæus.

TVnc venit Iesus cum illis in villam quę dicitur Gethsemani: & dixit discipulis suis, Sedete hîc donec vadam illuc, & orẽ. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse. Tunc ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortẽ: sustinete hîc, & vigilate mecũ. Et progressus pusillum, prócidit in faciem suam, orans, & dicens, Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. veruntamen nõ sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormiẽtes, & dicit Petro, Sic? non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate vt non intretis in tentationẽ. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iterum secundò abijt,

S. Marcus.

ET veniunt in prædium, cui nomen Gethsemani. Et ait discipulis suis, Sedete hîc donec orem. Et assumit Petrũ & Iacobum & Iohannem secum: & cœpit pauere & tædere Et ait illis, Tristis est anima mea vsq; ad mortem: sustinete hîc, & vigilate. Et cùm processisset paululum, procidit super terrã: & orabat, vt si fieri posset, transiret ab eo hora: & dixit, Abba, pater, omnia tibi possibilia sunt, trãsfer calicem hunc à me. sed non quod ego volo, sed quod tu. Et venit, & inuenit eos dormẽtes. Et ait Petro, Simon, dormis? nõ potuisti vna hora vigilare? Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro verò infirma. Et iterũ abiens orauit eundem ser-

S. Lucas.

ET egressus ibat secundùm consuetudinem in montem oliuarum. Secuti sunt autem illum & discipuli. Et cùm peruenisset ad locum, dixit illis, Orate, ne intretis in tentationẽ. Et ipse auulsus est ab eis quãtum iactus est lapidis: & positis genibus, orabat, dicens, Pater, si vis, transfer calicem istum à me. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de cælo, confortans eũ. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et cùm surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia. Et ait illis, Quid dormitis? surgite, orate, ne intretis in

S. Iohannes

HÆC cùm dixisset Iesus egressus est cum discipulis suis trans Torrentem Cedron, vbi erat hort⁹, in quẽ introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat autẽ & Iudas, qui tradebat eum, locũ: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cùm accepisset cohortẽ, & à Pontificibus & Pharisæis ministros: venit illuc cum laternis

S. Matthæus.

& orauit, dicens, Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Et venit iterũ, & inuenit eos dormientes. erant enim oculi eorũ grauati. Et relictis illis, iterum abijt: & orauit tertiò, eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis, Dormite iam, & requiescite: ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. Adhuc eo loquẽte, ecce Iudas vnus de duodecim venit & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus, missi à principibus sacerdotum & senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signũ, dicens, Quemcunq; osculatus fuero, ipse est: tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum, dixit, Aue Rabbi. Et osculatus est

S. Marcus.

monem dicẽs. Et reuersus, denuò inuenit eos dormientes, (erãt enim oculi eorum grauati) & ignorabant quid responderent ei. Et venit tertiò, & ait illis, Dormite iam & requiescite, Sufficit, venit hora. ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus. ecce, qui me tradet, propè est. Et adhuc eo loquente, venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs & lignis, à summis sacerdotibus & Scribis & senioribus. Dederat autem traditor eius signum eis, dicens, Quemcunquẽ osculatus fuero, ipse est: tenete eum, & ducite cautè. Et cùm venisset, statim accedens ad eum ait, Rabbi, & osculatus est eũ. At illi manus iniecerunt in eum: & tenuerunt eum. Vnus autem quidam de circunstantibus educens gladium, percus-

S. Lucas.

in tẽtationẽ. Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, vt oscularetur eũ. Iesus autem dixit illi, Iuda, osculo filium hominis tradis? Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, si percutimus in gladio? Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum: & ampu-

S. Iohannes.

nis & facibus & armis. Iesus itaq; sciens omnia quæ ventura erant super se, processit, & dixit eis, Quẽm quęritis? Responderũnt ei, Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus, Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eũ, cũ ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum: abierũt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterũ ergo interrogauit eos, Quem quæritis? Illi aũt dixerũt, Iesũ Nazarenum. Respondit Iesus, Dixi vobis, quia ego sum. si ergo me quæritis, sinite hos abire. Vt impleretur sermo quẽ dixit, Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum: & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus. Dixit ergo Iesus Petro, Mitte gladium tuum in va-

S. Matthæus.

est eum. Dixitq; illi Iesus, Amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum: & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suum: & percutiés seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus, Conuerte gladium tuum in locũ suũ. omnes enim qui acceperint gladiũ, gladio peribũt. An putas quia nõ possũ rogare patrẽ meũ: & exhibebit mihi modò plusquã duodecī legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturę, quia sic oportet fieri? In illa hora dixit Iesus turbis, Tãquã ad latronẽ existis cũ gladijs & fustib⁹ cõprehẽdere me? quotidie apud vos sedebã docẽs in tẽplo: & nõ me tenuistis. Hoc aũt totũ factũ est, vt adimplerẽtur scripturę prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerũt.*143.

S. Marcus.

cussit seruum summi sacerdotis, & amputauit illi auriculam. Et respondens Iesus, ait illis, Tanquam ad latronem existis cum gladijs & lignis comprehendere me? quotidie eram apud vos in tẽplo docens, & non me tenuistis. Sed vt impleantur scripturę. Tunc discipuli eius relinquentes eũ, omnes fugerũt. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis.* 143.

S. Lucas.

putauit auriculam eius dexteram. Respondens autem Iesus, ait, Sinite vsque huc. Et cùm tetigisset auriculam eius, sanauit eũ. Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, principes sacerdotum & magistratus templi, & seniores, Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus? Cùm quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me, sed hęc est hora vestra, & potestas tenebrarum. *143.

S. Iohannes

vaginam. Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum?* 143.

CAP. 143. IESVS sistitur primùm ante Annam, deinde ante Caipham Pontificem, vbi indignis modis vexatur. Matth. 25. * 142. Mar. 14. * 142 Luc. 22. * 142. Iohan. 18. * 142.

S. Matthæus.

AT illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, vbi Scribæ & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum à longè, vsq; in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intró, sedebat cũ ministris, vt videret finem. Principes autem sacerdotum & omne cõcilium quęrebãt falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent: & non inuenerunt, cùm multi falsi testes accessissent. Nouissimè autẽ venerunt duo falsi testes & dixerunt, Hic dixit, Possum destruere templũ Dei, & post triduum reædificare illud. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi, Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem tace-

S. Marcus.

ET adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem: & conuenerunt omnes sacerdotes & Scribæ & seniores. Petrus autem à longe secutus est eum vsq; intró in atrium summi sacerdotis. & sedebat cum ministris ad ignẽ, & calefaciebat se. Summi verò sacerdotes & omne concilium quærebant aduersus Iesum testimonium, vt eum morti traderent, nec inueniebãt. Multi enim testimonium falsum dicebãt aduersus eum: & conuenientia testimonia non erãt. Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eũ, dicentes, Quoniam nos audiuimus eum dicentem, Ego dissoluam templum hoc manu factum, & per triduum aliud non manufactum, ædificabo.

S. Lucas.

COmprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotũ: Petrus verò sequebatur à lõge. * 144.

S. Iohannes.

COhors ergo & tribunus & ministri Iudęorũ comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum: & adduxerunt eum ad Annam primùm, erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Iudæis, Quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur aũt Iesum Simõ Petrus, & alius discipulus. Discipulus aũt ille erat notus põtifici, & introiuit cum Iesu in atriũ põntificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ: & intro duxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria, Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille, Non sum. Stabant

S. Matthæus.

tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi, Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei. Dicit illi Iesus, Tu dixisti. veruntamen dico vobis, àmodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. Tūc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens, Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? ecce, nunc audistis blasphemiā, quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt, Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius: & colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes, Prophetiza nobis Christe: quis est qui te percussit? * 144.

S. Marcus.

cabo. Et non erat conueniens testimonium illorum. Et exurgens summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicēs, Non respondes quicquam ad ea quæ tibi obijciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum: & dixit ei, Tu es Christus filius Dei benedicti? Iesus autem dixit illi, Ego sum, & videbitis filiū hominis sedentem à dextris virtutis, & venientem cum nubibus cæli. Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait, Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam, quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciē eius, & colaphis eum cędere, & dicere ei, Prophetiza. & ministri alapis eum cædebant. *144.

S. Lucas.

S. Iohannes.

bant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. erat autem cum eis & Petrus, stans, & calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus, Ego palam locutus sum mundo. ego semper docui in synagoga, & in templo quò omnes Iudæi conueniunt: & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis. ecce, hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cùm dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens, Sic respondes pontifici? Respondit ei Iesus, Si male locutus sum, testimoniū perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. * 144.

S. Matthæus

Et egressus foras, fleuit amarè. * 145.

S. Marcus.

gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere. * 145.

S. Lucas.

ter me negabis. Et egressus foras Petr⁹ fleuit amarè. Et viri qui tenebãt illum, illudebãt ei cædẽtes. Et velauerunt eũ, & percutiebant faciem eius. & interrogabant eum dicentes, Prophetiza, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.* 145.

S. Iohannes,

gallus cantauit.*145.

CAP.145. *IESVS manè in concilio Iudæorũ se Dei filium fatetur, & eo nomine dãnatus, ad Pilatum Præsidem vinctus adducitur.* Matth.27.* 144. Mar.15.* 144. Luc.22.& 23.* 144. Iohan 18.* 144.

S. Matthæus

MAnè autẽ facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eũ morti traderent. Et vinctũ adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. * 146.

S. Marcus.

ET cõfestim, manè consiliũ facientes summi sacerdotes cum senioribus & Scribis & vniuerso concilio, vincientes Iesum, duxerunt & tradiderũt Pilato. * 148.

S. Lucas.

ET vt factus est dies, conuênerunt seniores plebis & principes sacerdotum & Scribæ, & duxerunt illum in cõcilium suum, dicentes, Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis, Si vobis dixero, non credetis mihi: si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autẽ erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes, Tu ergo es filius Dei? Qui ait, Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt, Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius.

CAP. 23.

Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum.* 147.

S. Iohannes

ADducunt ergo Iesum à Caipha in prætoriũ. Erat autẽ manè, & ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha.* 147.

CAP. 146. *Iudas laqueo mortem sibi consciscit, & ager figuli emitur. Matth. 27.* * 145.

S. Matthaus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
TVnc videns Iudas qui eum tradidit, quòd damnatus esset: pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens, Peccaui, tradens sanguinẽ iustum. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argẽteis in tẽplo, recessit: & abiens, laqueo se suspẽdit. Principes aũt sacerdotũ acceptis argenteis, dixerũt, Nõ licet eos mittere in corbanam: quia pretiũ sanguinis est. Consilio aũt inito emerunt ex illis agrũ figuli, in sepulturam peregrinorũ. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama, hoc est, ager sanguinis, vsq; in hodiernũ diẽ. Tunc impletũ est quod dictũ est per Ieremiã prophetã, dicẽtẽ, Et acceperũt triginta argenteos pretiũ appretiati quẽ appretiauerũt à filijs Israël: & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. * 148.			

CAP. 147. *Accusatur Christus coram Pilato. Luc 23.* * 146. *Iohan. 18.* * 145.

S. Matthaus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		Cœperũt autẽ illũ accusare dicẽtes, Hũc inuenimus subuertẽtẽ gẽtem nostrã, & ꝓhibẽtẽ tributa dare Cæsari, & dicẽtẽ se Christũ regẽ esse. * 148.	EXiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quã accusationẽ affertis aduersus hoẽm hũc? Respõderũt, & dixerũt ei, Si nõ esset hic malefactor, nõ tibi tradidissemus eũ. Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eũ vos, & secũdũ legẽ vestrã iudicate eũ. Dixerũt ergo ei Iudæi, Nobis nõ licet interficere quẽquã. Vt sermo Iesu ĩpleretur quẽ dixit, significãs qua morte esset moritur*. * 148

CAP. 148. *Pilatus interrogat Christum, an sit Rex Iudæorum. Matth.27.* * 146. *Mar.15.* * 145. *Luc.23.* * 147. *Iohan.18.* * 147.

S. Matthæus.

IEsus autem stetit ante præsidem, & interrogauit eũ pręses, dicẽs, Tu es Rex Iudęorum? Dicit illi Iesus, Tu dicis. Et cùm acccusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respõdit. Tunc dicit illi Pilatus, Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur præses vehementer. * 151.

S. Marcus.

ET interrogauit eũ Pilatus, Tu es rex Iudæorum? At ille respondens, ait illi, Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autẽ rursum interrogauit eũ, dicens, Non respõdes quicquam? vide in quantis te accusant. Iesus autem amplius nihil respondit: ita vt miraretur Pilatus. * 151.

S. Lucas.

Pilatus autẽ interrogauit eum, dicens, Tu es rex Iudæorum? At ille respondens ait, Tu dicis. * 149.

S. Iohannes.

INtroiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei, Tu es Rex Iudæorum? Respondens Iesus, A temetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus, Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? Respondit Iesus, Regnum meum non est de hoc mundo. si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent vt non traderer Iudæis. nunc autem regnum meum nõ est hinc. Dixit itaque ei Pilatus, Ergo rex es tu? Respondit Iesus, Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum: vt testimonium perhibeam veritati. omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. * 149.

CAP. 149. IESVS ad Herodem missus, ab eo contemnitur & illuditur. *Luc. 23.* 148. Iohan. 18. * 148.*

S. Matthæus.

S. Marcus.

S. Lucas.

AIT aũt Pilatus ad principes sacerdotũ & turbas. Nihil inuenio causę in hoc hoĩe. At illi inualescebãt, dicẽtes, Cõmouet populũ docẽs per vniuersam Iudęã, incipiẽs à Galilæa vsq; huc. Pilatus aũt audiens Galilæã, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit quòd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodẽ, qui & ipse Ierosolymis erat illis diebus. Herodes autẽ viso Iesu, gauisus est valde. erat enim cupiẽs ex multo tẽpore videre eũ, eò quòd audiret multa de eo. & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eũ multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabãt aũt principes sacerdotũ & Scribæ constãter accusantes eũ. Spreuit aũt illũ Herodes cũ exercitu suo: & illusit indutũ veste alba, & remisit ad Pilatũ. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. nã antea inimici erãt adiuicẽ. *150.

S. Iohannes.

DIcit ei Pilatus, Quid est veritas? Et cùm hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudęos, & dicit eis, Ego nullã inuenio in eo causam. * 151.

CAP. 150. Pilatus suo testimonio & Herodis facto declarat, Christum non esse reum mortis. *Luc. 23 * 149.*

S. Matthæus.

S. Marcus.

S. Lucas.

PIlatus autem conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus, & plebe, dixit ad illos, Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populũ, & ecce ego corã vobis interrogans, nullam causam inueni in homine isto ex his in quibus eum accusatis. Sed neq; Herodes. nam remisi vos ad illum, & ecce, nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ego illum dimittam. * 151.

S. Iohannes.

Cap.

CAP. 151. *Barabbas latro Iudæis efflagitantibus dimittitur: Christus verò flagris cæsus in cruce n agendus tra litur. Matth.27.* 148. *Mar.15.* 148. *Luc.23.* 150 *Iohan 18.* 149.& *cap.19.*

S. *Matthæus.*

PER diem autem solennem consueuerat præses populo dimittere vnum vinctum quẽ voluissent. habebat autem tunc vinctũ insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, Quem vultis dimittam vobis: Barabbã, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eũ. Sedente autẽ illo pro tribunali, misit ad eũ vxor eius, dicens, Nihil tibi & iusto illi. multa enim passa sum hodie per visum propter eum. Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populis vt peterent Barabbam, Iesum verò perderent. Respondens autem præses ait illis, Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barabbam. Dicit illi Pilat⁹, Quid igitur faciam de Iesu

S. *Marcus.*

PER diẽ autẽ festũ solebat dimittere illis vnũ ex vinctis quemcunq; petissent. erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cũ seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cùm ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis, & dixit, Vultis dimittã vobis regem Iudæorum? Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem cõcitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis, Quid ergo vultis faciam regi Iudæorũ? At illi iterum clamauerunt, Crucifige eum. Pilatus verò dicebat illis, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, Crucifige eum?

S. *Lucas.*

NEcesse autem habebat dimittere eis per diem festum, vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam, qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus loquutus est ad eos, volẽs dimittere Iesum. At illi succlamabãt, dicẽtes, Crucifige, crucifige eum. Ille autẽ tertiò dixit ad illos, Quid enim mali fecit iste? nullã causam mortis inuenio in eo. corripiam ergo illum, & dimittam. At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur. & inualescebãt voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter ho-

S. *Iohannes*

EST autem cõsuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in pascha: vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? Clamauerunt ergo rursum omnes, dicentes, Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
qui dicitur Christus? Dicunt omnes, Crucifigatur. Ait illis præses, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabãt, dicentes, Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens, Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbam: Iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. * 152.	Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabban, & tradidit Iesum flagellis cæsum vt crucifigeretur. * 152.	homicidiũ & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant, Iesum verò tradidit voluntati eorũ. * 154.	Cap. 19. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. * 152.

CAP. 152. *Corona ex spinis capiti* IESV *imponitur, & tunica purpurea indutus à militibus irridetur. Matth. 27.* * 151. *Mar. 15.* * 151. *Iohan. 19.* * 151.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
TVnc milites prẹsidis suscipientes Iesum in prętoriũ, congregauerũt ad eum vniuersam cohortẽ: & exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei, & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes, Aue rex Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. * 154.	MIlites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem: & induũt eum purpura, & imponunt ei, plectentes, spineam coronam. Et cœperunt salutare eum, Aue, rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine: & conspuebant eum. & ponentes genua adorabant eum. * 154.		ET milites plectentes coronã de spinis, imposuerunt capiti eius: & veste purpurea circundederunt eũ. Et veniebant ad eũ, & dicebãt, Aue rex Iudæorũ, & dabãt ei alapas. * 153. Cap.

CAP. 153. IESVS *Pilati sententia in crucem agendus Iudæis traditur.* Iohan. 19. * 152.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			EXiuit iterũ Pilatus foras, & dicit eis, Ecce adduco vobis eũ foras, vt cognoſcatis quia nullã inuenio in eo causã. Exiuit ergo Ieſus portãs coronã ſpineã, & purpureũ veſtimẽtũ. Et dicit eis, Ecce homo. Cùm ergo vidiſſent eũ põtifices & miniſtri, clamabant, dicẽtes, Crucifige, crucifice eum. Dicit eis Pilatus. Accipite eũ vos, & crucifigite. ego enim nõ inuenio in eo cauſam. Reſpõderunt ei Iudęi, Nos legẽ habemus: & ſecũdùm legẽ debet mori, qa filiũ Dei ſe fecit. Cùm ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit. Et ingreſſus eſt prætoriũ iterũ : & dicit ad Ieſum, Vnde es tu? Ieſus aũt reſponſum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatẽ habeo dimittere te? Reſpondit Ieſus, Nõ haberes poteſtatẽ aduerſum me vllã, niſi tibi datum eſſet deſuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatũ habet. Exinde quęrebat Pilatus dimittere eũ. Iudęi aũt clamabant dicentes, Si hunc dimittis, nõ es amicus Cæſaris. omnis qui ſe regẽ facit, cõtradicit Cæſari. Pilatus aũt cùm audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum: & ſedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithóſtrotos, Hebraicè aũt Gabbatha. Erat aũt paraſcẽue Paſchæ, hora quaſi ſexta, & dicit Iudæis, Ecce rex veſter. Illi autẽ clamabant, Tolle, tolle, crucifige eũ. Dicit eis Pilatus, Regẽ veſtrũ crucifigã? Reſpõderũt Põtifices, Nõ habem' Regẽ, niſi Cęſarẽ. Tũc ergo tradidit eis illũ, vt crucifigeretur. * 154

CAP. 154. IESVS *cruce primùm in ipsius, deinde in Simonis Cyrenaici humeros imposita, ad locum supplicij educitur. Matth. 27.* 152. Mar. 15.* 152. Luc. 23.* 151 Iohan. 19.* 153.*

S. Matthaus.	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes*
ET postquã illuse-rũt ei, exuerũt eũ chlamydẽ: & indue-rũt eũ vestimẽtis ei*, & duxerunt eum vt crucifigerent. Euntes autem inuenerũt hominem Cyrenæũ, nomine Symonem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius.* 156.	ET postquam illuse-runt ei, exuerunt illum purpura, & in-duerunt eum vesti-mentis suis, & edu-cunt illum vt crucifi-gerent eum. Et anga-riauerunt prætereũ-tem quépiam, Simo-nem Cyrenæum ve-nientem de villa, pa-trem Alexandri & Rufi, vt tolleret cru-cem eius.* 156.	ET cùm ducerent eum, apprehende-runt Simonem quen-dam Cyrenensem ve-nientem de villa: & imposuerunt illi cru-cem portare post Ie-sum.* 155.	SVscepe-runt au-tem Iesum: & eduxe-runt.* 156

CAP. 155. *Christus monet mulieres illum sequentes, ne vicem eius lacrymantes doleant, sed suam ipsarum atque liberorum. Luc. 23.* 154.*

S. Matthaus	*S Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
		SEquebatur autem illum multa turba populi & mulierum: quæ plangebant & lamentabantur eum. Cõuersus autem ad illas Iesus, dixit, Filiæ Ierusalem, nolite flere super me: sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Quoniam, ecce, venient dies in quibus dicent, Beatę steriles, & ventres qui non genuerunt, & hubera quæ nõ lactauerunt. Tunc incipient dicere mõtibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos. Quia si in viridi ligno hęc faciunt, in arido quid fiet? Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur.* 156.	

Cap.

CAP. 156. *De crucifixione Christi inter duos latrones inscriptione Crucis, vestibus inter milites diuisis, tunica sorte data, septem Christi dictis, & eius morte.*

Matth. 27.* 154. *Mar.* 15.* 154 *Luc.* 23.* 155. *Iohan.* 19.* 154.

S. Matthæus.

ET venerunt in locū qui dicitur Golgotha, quod est, Caluariç locus. Et dederunt ei vinū bibere cum felle mistū. Et cùm gustasset, noluit bibere. Postquàm autē crucifixerūt eū, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes: vt impleretur qđ dictū est per Prophetā dicentē, Diuiserūt sibi vestimenta mea: & super vestem meā miserunt sortē. Et sedentes seruabant eū. Et imposuerūt super caput eius causam ipsi' scriptā: HIC EST IESVS REX IVDÆORVM. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à sinistris. Prætereuntes autem blasphemabāt eū mouentes capita sua, & dicentes, Vah qui destruis templū Dei, & in triduo illud reædificas: salua temetipsum: si filius Dei es, descende de

S. Marcus.

ET perducunt illū in Golgotha locū: quod est interpretatum, Caluariæ locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: & nō accepit. Et crucifigentes eum, diuiserūt vestimēta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum Et erat titulus causæ eius inscriptus, REX IVDÆORVM. Et cū eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & alium à sinistris eius. Et impleta est scriptura quę dicit, Et cum iniquis reputatus est. Et prçter euntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes, Vah qui destruit templum, & in tribus diebus ædificat: saluum fac temetipsum descendens de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrū cum Scribis dicebāt,

S. Lucas.

ET postquā venerūt in locū qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eū: & latrones, vnū à dextris, & alterū à sinistris. Iesus autem dicebat, Pater, dimitte illis, non enim sciūt qđ faciūt. Diuidētes verò vestimēta eius, miserūt sortes. Et stabat populus expectās, & deridebant eū princi-pes cū eis, dicentes, Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christ',

S. Iohannes

ET baiulās sibi crucē exiuit in eū qui dicitur Caluariç locum, Hebraicè Golgotha. vbi crucifixerunt eū, & cū eo alios duos hinc & hic, mediū autē Iesum Scripsit autē & titulum Pilatus: & posuit super crucem. Erat autem scriptum, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi Iudęorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus: Et erat scriptū Hebraicè, Græcè & Latinè. Dicebāt ergo Pilato Pontifices Iudæorū, Noli scribere rex Iudęorum: sed quia ipse dixit, rex sum Iudæorum. Respōdit Pilatus, quod scripsi, scripsi. Milites ergò cū crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius (& fecerūt quatuor partes: vnicuique militi partem) & tunicā. Erat autem tunica in-

S. Matthæus.

cruce. Similiter & principes Sacerdotũ illudẽtes cum Scribis & senioribus, dicebant, Alios saluos fecit: teipsum non potest saluum facere: si rex Israël est, descendat nunc de cruce, & credemus ei: confidit in Deo: liberet nunc eũ si vult: dixit enim, Quia filius Dei sum. Idipsum aũt & latrones qui crucifixi erãt cũ eo, improperabãt ei. A sexta autem hora, tenebrę factę sunt super vniuersam terrã, vsq; ad horã nonam. Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens, Eli, Eli lamma sabacthani? hoc est, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quidã aũt illic stantes & audiẽtes, dicebant, Eliam vocat iste. Et continuò currens vnus ex eis, acceptam spongiam impleuit aceto: & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cæteri verò dicebant, Sine, videamus an veniat Elias libe-

S. Marcus.

Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Christ' rex Israël descendat nunc de cruce: vt videamus & credam'. Et qui cũ eo crucifixi erãt, conuitiabãtur ei. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terrã vsque in horam nonã. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicẽs, Eloi, eloi, lamma sabacthani? quod est interpretatum, Deus meus, De' meus, vt quid dere-

S. Lucas.

Dei electus. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, dicentes, Si tu es rex Iudæorum, saluũ te fac. Erat autẽ & superscriptio scripta super eum literis Græcis, & Latinis, & Hebraicis: Hic est rex Iudæorum. Vnus autẽ de his qui pendebãt latronibus, blasphemabat eum, dicens, Si tu es Christus, saluũ fac temetipsum, & nos. Respondens autem alter increpabat eum, dicẽs, Neq; tu times Deũ, quòd in eadem damnatione es. Et nos quidem iustè, nã digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum, Domine, memento mei, cùm veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi: Hodie mecũ eris in paradiso. Erat aũt ferè hora sexta: & tenebrę factę sunt in vniuersã terrã vsq; in horã nonã. Et obscuratus est sol: & velum tẽpli scissũ est mediũ.

S. Iohannes.

inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicẽ, Non scindamus eã, sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleretur, dicẽs, Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestẽ meã miserũt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucẽ Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cùm vidisset ergo Iesus matrẽ & discipulum stantẽ quẽ diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce fili' tuus. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã discipulus in sua. Postea sciens Iesus quia omnia iam consummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit, Sitio. Vas ergo erat positũ aceto plenum. Illi autem spongiam plenã aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cùm ergo accepisset Iesus acetum, dixit, Con-

S. Matthæus.

rans eum. Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum. * 158.

S. Marcus.

liquisti me? Et quidã de circunstantibus audientes dicebãt, Ecce, Eliam vocat. Currens autem vnus, & implens spongiam aceto, circumponensq́; calamo, potum dabat ei, dicens, Sinite: videamus si veniat Elias ad deponendum eum. Iesus autem emissa voce magna expirauit. * 157.

S. Lucas.

Et clamãs voce magna Iesus ait, Pater, in manꝰ tuas cõmẽdo spiritũ meum. Et hæc dicẽs expirauit. * 157.

S. Iohannes.

summatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. * 157.

CAP. 157. *Mirabilia quæ in Christi morte contigerunt, vnde Centurio confitetur, eũ verum Dei filium esse. Matth. 27. * 156. Mar. 15. * 156. Luc. 23. * 156.*

S. Matthæus.

ET ecce velũ tẽpli scissum est in duas partes, à summo vsq; deorsum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorũ qui dormierãt, surrexerũt. Et exeũtes de monumẽtis post resurrectionẽ eiꝰ, venerũt in sanctã ciuitatẽ: & apparuerũt multis. Centurio aũt & qui cũ eo erãt custodiẽtes Iesũ, viso terręmotu & his q̃ fiebãt, timuerũt valde dicẽtes, Verè filiꝰ Dei erat iste. Erãt autẽ ibi mulieres multę à lõgè, q̃ secutę erant Iesũ à Galilęa, ministrãtes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorũ Zebedæi. * 159.

S. Marcus.

ET velũ templi scissum est in duo, à summo vsq; deorsum. Videns autẽ cẽturio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset: ait, Verè hic homo filius Dei erat. Erant autem & mulieres delongè aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater, & Salome: & cùm esset in Galilæa, sequebantur eũ, & ministrabant ei, & aliæ multæ quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymam. * 159.

S. Lucas.

VIdens autem Cẽturio quod factũ fuerat, glorificauit Deum, dicens, Verè hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul aderãt ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebãtur. Stabant autem omnes noti eius à lõgè: & mulieres quæ secutæ eum erant à Galilęa hæc videntes. * 159.

S. Iohannes.

CAP. 158. *Latus Christi iam mortui lancea militis aperitur.*
Iohan. 19. * 156.

S. Matthaeus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
			IVdæi ergo (quoniam Parascéue erat) vt non remanerent in cruce corpora sabbatho (erat enim magnus dies ille Sabbathi) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi quidē fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cùm venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc, vt scriptura impleretur, Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit, Videbūt in quem transfixerunt.* 159.

CAP. 159. *Corpus Christi è Cruce tollitur, & honorificè sepelitur.*
Matth. 27. * 157. *Mar. 15.* * 157. *Luc. 23.* * 157.
Iohan. 19. * 158.

S. Matthaeus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
CVM autem serò factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse Discipulus erat Iesu. hic	ET cùm iam serò esset factum (quia erat	ET ecce vir nomine Ioseph, qui erat	POST hęc autem rogauit Pilatum Io-

S. Matthæus.

hic accessit ad Pilatū, & petijt corp' Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda. & posuit illud in monumento suo nouo quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abijt. Erat autē ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulchrum. * 160.

S. Marcus.

erat Parasceue, quod est ante sabbathū, venit Ioseph ab Arimathęa nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei: & audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur si iam obijsset. Et accersito centurione, interrogauit eum si iā mortuus esset. Et cùm cognouisset à centurione, donauit corpus Ioseph. Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eum inuoluit sindone, & posuit eū in monumēto quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad ostium monumenti. Maria autem Magdaléne & Maria Ioseph aspiciebant vbi poneretur. * 161.

S. Lucas.

erat decurio, vir bonus & iustus, hic non consenserat consilio & actibus eorum, ab Arimathęa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum Dei. hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu: & depositū inuoluit sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat. Et dies erat parasceues, & sabbathum illucescebat. Subsequutę autem mulieres quę cum eo venerant de Galilæa, viderūt monumētum, & quemadmodum positum erat corpus eius. Et reuertentes parauerunt aromata & vnguenta: & sabbatho quidem siluerūt secundùm mandatum. * 161.

S. Iohannes.

Ioseph ab Arimathęa (eò quòd esset Discipulus Iesu, occultus autem propter metū Iudæorum) vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ & aloës, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifix' est, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nōdum quisquam positus erat. ibi ergo propter Parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum. * 161.

*CAP. 160. Sepulchrum Christi adhibitis custodibus munitur & obsignatur. Matth. 27. * 159.*

S. Matthæus.

Altera aũt die, quæ est post Parasceuẽ, cõuenerũt principes sacerdotũ, et Pharisęi ad Pilatũ, dicẽtes Dñe, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, Post tres dies resurgã. Iube ergo custodiri sepulchrũ vsq; in diẽ tertiũ: ne fortè veniant discipuli eius, & furẽtur eum, & dicant plebi, Surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus, Habetis custodiã, ite, custodite sicut scitis. Illi aũt abeũtes, munierũt sepulchrũ: signãtes lapidẽ, cũ custodibus. *161

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

*CAP. 161. Christus resurgit à mortuis, cuius corpus cùm mulieres vnctum venissent ad sepulchrum, ab Angelis fiunt certiores eum resurrexisse: Et postea Christus ipse illis occurrit, sed primò quidem Mariæ Magdalenæ se videndũ exhibet habitu ac specie hortulani. Matth. 28. * 160. Mar. 16. * 159. Luc. 24. * 159. Iohan. 20. * 159.*

S. Matthæus.

Vespere aũt sabbathi, quæ lucescit in prima sabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrũ. Et ecce terræmo-

S. Marcus.

Et cũ transisset sabbathum, Maria Magdalene & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Et valde ma-

S. Lucas.

Vna aũt sabbathi valde diluculo venerũt ad monumentum, portantes quę parauerãt aromata. & inuenerunt lapidem reuolutum à

S. Iohannes.

Vna aũt sabbathi, Maria Magdalene venit manè, cùm adhuc tenebrę essent, ad monumentũ: & vidit lapidẽ sublatũ à monumẽto. Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrũ, & ad aliũ discipulũ quẽ amabat Iesus, & dicit illis, Tulerunt Dominũ de monumẽto, & nescimus vbi posuerunt eũ. Exijt ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerunt ad monumẽtũ. Currebãt aũt duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citiꝰ Petro, & venit primus ad monumẽtũ. Et cùm se inclinasset, vidit posita linteamina. nõ tamẽ introiuit. Venit ergo Simõ Petrus sequẽs eum, & introiuit in monumentum, &

S. Matthæus

tus factus est magn'. Angelus enim Domini descendit de cælo: & accedés, reuoluit lapidé, & sedebat super eũ: erat autem aspectus eius sicut fulgur: & vestimentum eius sicut nix. Prę timorę auté eius, exterriti sunt custodes. & facti sunt velut mortui. Respondens auté ę angelus dixit mulieribus, Nolite timere vos. scio enim, quòd Iesum qui crucifixus est, quæritis. non

S. Marcus.

nè vna sabbathorũ, veniunt ad monumẽtum: orto iam sole. Et dicebant ad inuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes videiũt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeũtes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola cādida: & obstupuerunt. Qui dicit illis, Nolite expauescere · Iesum quæritis Nazarænũ, crucifixum: surrexit, non est hîc, ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. At illæ exeuntes, fugerunt de monumento. inuaserat enim eas tremor & pauor: & nemini quicquam dixerũt. timebãt enim. Surgens autem manè prima sabbathi, apparuit primò Mariæ

S. Lucas.

monuméto. Et ingressę, nõ inuenerũt corpus Domini Iesu. Et factũ est: dum mente cõsternatæ essent de isto, ecce duo viri steterũt secus illas in veste fulgenti. Cùm timerent autem, & declinarét vultũ in terrá, dixerunt ad illas, Quid quæritis viuẽtem cum mortuis? nõ est hîc, sed surrexit. recordamini qualiter loquutus est vobis, cùm adhuc in Galilæa esset, dicens, Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum & crucifigi: & die tertia resurgere. Et recordatę sunt verborũ eius. Et regressæ à monumento, nuntiauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum

S. Iohannes.

vidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, nõ cũ linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locũ. Tunc ergò introiuit & ille discipulus qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit. nondũ enim sciebant scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere. Abierunt ergo iterũ discipuli ad semetipsos. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumẽtum: & vidit duos angelos in albis, sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu. Dicunt ei illi, Mulier, quid ploras? Dicit eis, Quia tulerunt Dominum meum: & nescio vbi posuerunt eum. Hæc cùm dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem: & non scie-

S. Matthæus	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
est hic: surrexit enim sicut dixit. venite, & videte locum vbi positus erat Dominus. Et citò eũtes, dicite discipulis eius quia surrexit: & ecce præcedit vos in Galilæá. ibi eũ videbitis. ecce prędixi vobis. Et exierunt citò de monuméto cũ timore & gaudio magno, currẽtes nuntiare discipulis eius. Et ecce Iesus occurrit illis, dicens, Auete. Illę autẽ accesserunt, & tenuerũt pedes eius, & adorauerũt eũ. Tũc ait illis Iesus, Nolite timere. ite, nũtiate fratribus meis vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. * 162.	Magdalene, de qua eiecerat septem dæmonia. Illa vadens nũtiauit his qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus. Et illi audientes quia viueret, & visus esset ab ea, non crediderunt. * 163.	verba ista, & nõ crediderunt illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: & procumbens vidit linteamina sola posita, & abijt secum mirans quod factum fuerat. * 163.	bat quia Iesus est. Dicit ei Iesus, Mulier, q͞d ploras? quẽ quęris? Illa existimás quia hortulanus esset, dicit ei, Dñe si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum: & ego eum tollam. Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit ei, Rabboni (quod dicitur Magister.) Dicit ei Iesus, Noli me tangere (nondũ enim ascendi ad patrẽ meũ.) vade autem ad fratres meos, & dic eis Ascendo ad patrẽ meũ & patrẽ vestrũ, Deũ meũ & Deũ vestrũ. Venit Maria Magdalene annũtians discipulis, Quia vidi Dñm, & hæc dixit mihi. * 164.

CAP 102. *Milites cùm, quæ gesta sunt in resurrectione Christi, principibus sacerdotum nunciassent, accepto ab eis pretio, corpus Christi à discipulis noctu ablatum esse mentiuntur. Matth. 28.* * 161.

S. Matthæus	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
QVÆ cùm abijssent, ecce quidã de custodibus venerunt in ciuitatẽ, & nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia quę facta fuerant. Et congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniá copiosam dederũt militibus, dicẽtes, Dicite, Quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerũt sicut erát edocti. Et diuulgatũ est verbũ istud apud Iudæos, vsq; in hodiernũ diẽ. * 167			

CAP. 163. *Christus se ostendit duobus Discipulis euntibus in vicum qui dicebatur Emaus. Mar.16.* 161. *Luc. 24.* 161.*

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
	POST hæc autē duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie eūtibus in villam. & illi euntes nuntiauerunt cæteris: nec illis crediderunt. * 164.	ET ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalē, nomine Emmaus. & ipsi loquebātur ad inuicem de his omnibus quę acciderant. Et factum est: dum fabularentur & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et ait ad illos, Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa, his diebus? Quibus ille dixit, Quæ? Et dixerunt de Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram Deo & omni populo. Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israēl: & nunc super hęc omnia, tertia dies est hodie quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quędam ex nostris, terruerunt nos, quę ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt, dicentes se etiā visionem angelorum vidisse, qui	

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
–		qui dicunt eũ viuere. Et abierunt quidã ex noſtris ad monumentum: & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt, ipſum verò non inuenerunt. Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti, & tardi ad credendum in omnibus quæ loquuti ſunt Prophetæ, Nónne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuã? Et incipiens à Moyſe & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipſo erant. Et appropinquauerunt caſtello quò ibant: & ipſe ſe finxit longiùs ire. Et coëgerunt illum, dicentes, mane nobiſcum, quoniam adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum eſt, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerũt eum: & ipſe euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem, Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt in Ieruſalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant, dicentes, Quòd ſurrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. Et ipſi narrabant quæ geſta erant in via: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. * 164.	–

Cap.

CAP. 164. IESVS clausis foribus intrans in medio stat (Thoma absente) Apostolorum, contrectandum se illis prabet, comedit, & Spiritum Sanctum impertit, facta illis potestate remittendi retinendíque peccata. Mar. 16. * 163. Luc. 24. * 163. Iohan. 20. * 161.

S. Matthæus

S. Marcus.

NOuissimè recumbentibus illis vndecim apparuit; & exprobrauit incredulitaté eorũ & duritiam cordis, quia ijs qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. * 167.

S. Lucas.

DVM autem hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorum, & dicit eis, Pax vobis: ego sum. nolite timere. Conturbati verò & conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis, Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum, palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis nõ credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit, Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Et cùm manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. * 168.

S. Iohannes.

CVM ergo serò esset die illo, vna sabbathorum, & fores essent clausæ, vbi erant Discipuli congregati propter metum Iudæorum: venit Iesus, & stetit in medio, & dicit eis, Pax vobis. Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso Domino. Dixit ergo eis iterum, Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hoc cùm dixisset, insufflauit; & dicit eis, Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. * 165.

CAP. 165. *Christus foribus occlusis ad Discipulos iterum ingreditur, & Thomam in fide vacillantem confirmat.*
Iohan.20. * 164.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
			THomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij Discipuli, Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis, Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius: non credā. Et post dies octo, iterum erant Discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit, Pax vobis. Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei, Dominus meus & Deus meus. Dicit ei Iesus, Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, vt credatis quia Iesus est Christus Filius Dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.* 166.

CAP. 166. *Apparitio Christi ad mare Tyberiadis, vbi Petro agnos & oues suas pascendas tradit, & mortem ei prædicit. Iohan. 21.* 165.

S. Matthaeus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			Postea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic: Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanaël qui erat à Cana Galileæ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simō Petrus, vado piscari. Dicūt ei, Venimus & nos tecū. Et exierūt & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prédiderūt. Manè aūt iā facto stetit Iesus in litore: nōn tamē cognouerūt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus, Pueri, nunquid pulmētariū habetis? Responderūt ei, Non. Dicit eis, Mittite in dexteram nauigij rete: & inuenietis. Miserunt ergo: & iā non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quē diligebat Iesus, Petro, Dominus est. Simon Petrus cùm audisset quia Dominus est: tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autē discipuli nauigio venerunt (non enim lōgè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Dicit eis Iesus, afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simō Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus, centum quinquaginta tribus. Et cùm tanti essent, nō est scissum rete. Dicit eis Iesus, Venite, prandete. Et nemo audebat discum-

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
			bentium interrogare eum, Tu quis es? ſcientes quia Dominus eſt. Et venit Ieſus, & accipit panẽ & dat eis, & piſcem ſimiliter. Hoc iam tertiò manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis, cùm reſurrexiſſet à mortuis. Cùm ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus, Simon Iohānis, diligis me plus his? Dicit ei, Etiā Domine: tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce agnos meos. Dicit ei iterū, Simon Iohānis diligis me? Ait illi, Etiā Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce agnos meos. Dicit ei tertiò, Simon Iohannis amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me? & dixit ei, Domine, tu omnia ſcis: tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce oues meas. Amen, amen dico tibi, cùm eſſes iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas. cùm autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò non vis. Hoc aūt dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum. Et cùm hoc dixiſſet, dicit ei, Sequere me. Conuerſus Petrus, vidit illum diſcipulum quem diligebat Ieſus, ſequentem, qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit, Domine quis eſt qui tradet te? Hūc ergo cùm vidiſſet Petrus, dicit Ieſu, Domine, hic autem quid? Dicit ei Ieſus, Sic eum volo manere donec veniā, quid ad te? tu me ſequere. Exiuit ergo ſermo iſte inter fratres, quia Diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei Ieſus, Nō moritur. ſed, Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc: & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius. * in Concluſ.

CAP. 167. *Ostendit se IESVS Discipulis in monte Galileæ, Matth. 28.* 162. Mar. 16.* 164.*

S. Matthæus.

VNdecim aũt discipuli abierũt in Galilæã, in montem vbi cõstituerat illis Iesus. Et videntes eũ adorauerũt, quidã aũt dubitauerũt. Et accedens Iesus locutus est eis, dicẽs, Data est mihi oĩs potestas in cęlo & in terra. euntes ergo docete oẽs gẽtes: baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus Sãcti, docẽtes eos seruare oĩa quęcũq; mandaui vobis: & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationẽ seculi.

FINIS

S. Marcus.

ET dixit eis, Euntes in mundum vniuersum prędicate Euãgelium omni Creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient, Linguis loquentur nouis, Serpentes tollent, Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, Super ægros manus imponent, & bene habebunt. *169.

S. Lucas.

S. Iohannes.

CAP. 168. *Aperit IESVS mentem discipulorum vt intelligant Scripturas & Spiritũ sanctum eis promittit, Luc. 24.* 164.*

S. Matthæus **S. Marcus.**

S. Lucas.

ET dixit ad eos, Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos cũ adhuc essẽ vobiscũ, quoniã necesse est impleri oĩa quę scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, & dixit eis, Quoniã sic scriptũ est, & sic oportebat Christũ pati, & resurgere à mortuis tertia die. & ꝑdicari ĩ noĩe ei⁹ pœnitẽtiã & remissionẽ peccatorũ in oẽs gẽtes incipiẽtib⁹ ab Ierosolyma. Vos aũt testes estis horũ. Et ego mitto ꝓmissũ patris mei ĩ vos: vos aũt sedete in ciuitate, quò ad vsq; induamini virtute ex alto. *169

S. Iohannes.

CAP. 169. *Christus recipitur in cælum.*
*Mar.16.**167. *Luc.24.** 168.

S. Matthæus	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
	ET Dominus quidem Iesus postquam loquutus est eis, assumptus est in cælũ, & sedit à dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt vbique: Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. FINIS.	EDuxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum. Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno: & erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deum. FINIS.	

Historia Euangelicæ Conclusio.
Iohan.21. * 166.

S. Matthæus	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes.*
			SVnt autem & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. FINIS.



Examinaui & Approbaui.
16. Septemb. 1570.
Thomas Gozeus.